

VITA
S. PETRI THOMASII,

ex Ordine Fratrum B.^{mae} Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, Episcopi Pactensis, & Coronensis, Archiep. Cretensis, & Patriarchæ Constantinopolitani, ac Legati Apostolici:

scripta ab oculato teste PHILIPPO MAZZERIO, *Cancellario Cypri*,

& à GODEFRIDO HENSCHENIO Societatis IESV illustrata.





ANTVERPIÆ,
Apud IACOBVM MEVRSIVM
Anno M DC LIX.

REVERENDIS PATRIBVS,

PRÆSIDI, PROVINCIALI,

EXPROVINCIALI, DEFINITORIBVS,

PRIORIBVS, CETERISQVE PATRIBVS,

Ordinis Beatissimæ Virginis MARIÆ *de Monte Carmelo, in Comitiis Prouincialibus Mechliniæ congregatis.*



Onuenistis ad solita Comitia, PATRES REVERENDI, vt suauissimum odorem, non variorum aromatum procùl ex Indiis aduectorum, sed omnis generis virtutum intra Conuentuum Vestrorum claustra pullulantium, æquis sanctionibus foueatis augeatisque: & quem, per Belgicas prouincias quaquauersùm

quaquersùm dispersi, in hominum animos ipsâ congressione, alloquio, moribusque Vestris afflatis; ab omni rancore illibatum, in primo vigore integrum conseruetis. Hæc Vestræ Belgicæ Prouinciæ fuit hactenùs felicitas, atque omnium sermone, sed vel maximè ab eo tempore, celebrata; quo aliqua, quæ temporum longinquitate videbantur aliquantulùm defluxisse, sanctioribus primæui Ordinis legibus reuincienda, reformandaque prudenter iudicastis: atque ex præscripto Apostolico *renouati spiritu mentis Vestræ*, cum alio habitu *induistis nouum hominem*, vt perfectiùs *secundùm Deum in omni iustitiâ & sanctitate veritatis* ambularetis. Hoc felici successu attraxistis vicinas Prouincias, quæ Vestrum exemplum imitatæ, disciplinam religiosam, ad pristinos mores

reductam,

reductam, animo gratissimo susceperunt.

Dum eam Ordinis Vestri sanctimoniam reuereor, ad hunc venerabilem Cœtum, Vestro tamen assensu & approbatione, expeto ingressum dari sanctissimo eruditissimoque Ordinis Vestri Viro, eiusdem Procuratori Generali, sacræ Theologiæ Doctori, Pontificio Oratori, Generali hæreticæ prauitatis Inquisitori, variarum Sedium Episcopo, dein Archiepiscopo Cretensi, ac Patriarchæ Constantinopolitano, nec non Nuntio Apostolico ad Respublicas Liguriæ ac Venetiarum, ad Reges Apuliæ, Rassiæ, Hungariæ, Imperatores Occidentis & Orientis, demum Legato Apostolico Generali ad expeditionem sacram Cruce-signatorum pro Terræ-sanctæ recuperatione. Est is (nolo

enim animos Vestros pluribus suspensos detinere) est is, inquam, Vester PETRVS THOMASIVS, à Guidone Cardinale, Belgâ, anteà Episcopo Tornacensi & Cameracensi, Episcopus consecratus. Huius Vitam accuratissimè fidelissimeque olim conscriptam, ac primùm ex MSS. Belgicis à nobis erutam, iam alterâ vice ad commodiorem vsum typis itidem Belgicis excusam, nouisque additionibus atque obseruationibus illustratam, Vobis, PATRES REVERENDI, ad ista Comitia congregatis, offerimus dicamusque.

Quæ vulgò antè circumferebantur eius Acta, ita erant vitiata, vt collatæ illi à Summis Pontificibus dignitates Episcopales, ac Legationes impositæ, ad alium quemdam alterius Ordinis transferrentur. Suum illi ius

ac

ac honorem hæc vindicant Acta, veteri habitu plenoque grauitatis producta, atque ab omni squalore, alioúe assuto à posteris additamento repurgata : in quibus omnis eius vita sanctè innocenterque transacta, ab ipsis incunabulis per singulos studiorum, munerum, dignitatumque gradus, ad vltimam vsque ætatis metam, vno filo deducta, eruditorum oculis repræsentatur. Verùm quo tempore Acta hæc ad XXIX Ianuarij, diem publicæ illius venerationi in Ordine Vestro dicatum, magno operi nostro inserenda, prælo parata habebamus; eodem ipso (vt non vanè coniicimus) in Regestis Vaticanis Bullam de collato ei ab Innocentio Papâ VI Episcopatu Pactensi (vnde tota illa etiam dirimi posset controuersia) magno cum Religionis Vestræ gaudio, reperit

rit Eximius Pater Veſter Ioannes Baptiſta de Lezana: vti aſſerit in nuper edito Annalium Ordinis Veſtri tomo quarto: agnoſcens cum egregiâ grati animi teſtificatione *ſpecialiſſimam ſibique euidentiſſimam Dei prouidentiam, ac ſingulariſſimam eiuſdem Beati* PETRI *interceſſionem, à ſe ſuiſque poſtulatam, & ab eo impetratam: ſeque ex eo tempore maximam deuotionem erga eumdem Beatum* PETRVM THOMAM *habere cœpiſſe, ac eum interceſſorem in grauiſſimis neceſſitatibus, in quibus ad ipſum per orationem recurrit, expertum eſſe: ipſiuſque meritis & interceſſione Dei gratiam ad eius voluntatem adimplendam, ſalutem animæ ſuæ & vitam æternam conſecuturum ſperare.*

Hæc præſtans ille vir, dignus profectò ſingulari S. PETRI patrocinio, qui non ſolùm dictam Bullam Ponti-

ficiam

ficiam inuenit sed ex hisce etiam à nobis editis Actis, aliisque monumentis antiquis, res plerasque ab eodem Sancto præclarè gestas, suis Annalibus, ordine temporum diligenter assignato, aut verbis auctorum, aut dilucidâ paraphrasi inseruit: &, quæ præcipua scriptoris laus est, quas aliis proposuit S. THOMASII virtutes, suis ipse moribus & vitâ religiosâ expressit. Fuit vterque & S. PETRVS & P. Lezana Ordinem Vestrum Carmelitanum professus, sacræ Theologiæ Doctor, Procurator Ordinis Generalis, ac Pontificius Orator. Libris editis vterque excelluit, iisque Deiparæ Virginis MARIÆ (cuius vterque eximius extitit cultor) Immaculatam Conceptionem propugnauit. Fuit S. PETRVS eximius Doctor Parisiensis, ac primus è Fundatoribus Theologi-

corum

corum apud Bononienſes ſtudiorum: at Doctor Salmanticenſis excellens Lezana, in Archigymnaſio Romano publicus Sapientiæ diuinæ Lector, ſcriptis Theologicis, Iuridicis, Hiſtoricis, Aſceticis clarus. S. THOMASIVS pro Terrâ-ſanctâ recuperandâ Legatus Apoſtolicus: Venerandus Pater Lezana eiuſdem Terræ-ſanctæ, in quâ Ordo Carmelitanus olim exortus eſt, Prouincialis compluries nominatus. Idem multorum Generalium Aſſiſtens & ſocius: atque ad illam ſupremam dignitatem, vt Generalis Ordinis vniuerſi crearetur, multorum votis ſuffragiiſque expetitus. Quæ munia S. PETRVS in Ordine minimè obiuit: quippe iam antè à Summis Pontificibus ad Epiſcopalem, Archiepiſcopalem ac Patriarchalem thronos exaltatus. Fuit Doctor Lezana

Contro-

Controuerſiis Regularium dirimendis occupatus, à Sede Apoſtolicâ conſtitutus ſacræ Congregationis Indicis Conſultor, & Beneficiorum Examinator perpetuus. Ab eadem Sede S. PETRVS ad Principes, Reges, Imperatores Nuntius miſſus, & pacem ſæpius inter diſſidentes compoſuit, & Imperatorem Conſtantinopolitanum ad concordiam cum Eccleſiâ Romanâ ineundam, à ſchiſmate reduxit, ac perpetuus fuit hæreticæ prauitatis Inquiſitor Generalis.

Sed dum vtriuſque res geſtas ἐν παραλλήλῳ conferre meditor, litteris Româ ad nos datis intelligimus, *Eximium Patrem Lezanam, habitum hactenus Romæ inter primarios viros ingenio & doctrinâ conſpicuos, nec minori æſtimatione religioſæ virtutis, vitâ functum eſſe.* Ita inde noſtræ Societatis Sacerdos

ſcribebat,

ſcribebat, paucis multa complexus: vt, quam *meritis & interceſſione* B. PETRI THOMÆ *ſperârat Lezana ſalutem animæ ſuæ ac vitam æternam*, conſecutus videatur; & ipſo quidem, quo hinc migrauit, feſto S. Bertholdi, primi Latinorum Ordinis Veſtri Generalis: à cuius exordio tomum vltimum Annalium Veſtrorum fuerat auſpicatus. At quàm lectu iucundum foret, ſi quis diu vſus optimi Patris Lezanæ conuictu, ipſius ac S. PETRI eximias mentis exercitationes conferret, aſſiduam vtriuſque inter tot occupationes in precibus ad Deum fundendis, ac diuino Officio peragendo pietatem, vtriuſque accuratam diſciplinæ monaſticæ curam ac ſolicitudinem, quam edito de eâ libro teſſeram ſuæ virtutis poſteris reliquit Lezana: ob cuius mortem anceps hæſi, num ob

tanti

tanti Viri iacturam, è consueto passim more, ad mitigandam mœstitiam Vestram, aliquod verborum delinimentum conquirerem; an verò ob præmissum ad felicissimam S. PETRI THOMASII aliorumque Cælitum societatem Vestrum Lezanam, dierum ac bonorum operum plenum, vtpote septuagenario iam pridem maiorem, Vobis Ordinique Vestro vniuerso gratulari deberem. Hoc euicit sensus iudiciumque Sanctissimi Pontificis ALEXANDRI VII, quem ferunt, intellectâ eius morte, qui Dominicâ præcedente coram illo Latinè perorârat; sæpius ingeminasse, Patrem Lezanam virum sanctum fuisse.

Illum ergo, PATRES REVERENDI, tamquàm nouum Patronum ac Deprecatorem habetote, atque

que

que eius exemplo, quam modò adſerimus Vitam S. PETRI THOMASII, quæque aliorum Ordinis Veſtri Sanctorum ac Beatorum in opere noſtro de Vitis Sanctorum aut hactenùs edidimus Acta, aut futuris, Deo benè volente, temporibus ſumus edituri, eo quo ſcribimus animo ſuſcipite: & ſi quæ antiqua & magis genuina monumenta nanciſcamini, ea nobis, vti fecit P. Lezana ὁ μακαρίτης, communicate. Demum Veſtris ſanctis precibus adiuuate, vt Sanctorum patrocinio & meritis illa nobis à Deo gratia præſtetur, quâ Sanctorum exemplis excitati, mores ipſi noſtros ad Diuinum nutum conformemus, inque eorum conſortio in omnem æternitatem Diuinæ Maieſtatis aſpectu perfruamur. Idem ſanctis laboribus Veſtris præmium voue[o]

ho[...]

AD VITAM S. PETRI THOMASII ORDINIS CARMELITANI,

Commentarius præuius GODEFRIDI HENSCHENII SOCIETATIS IESV.

§ I

Acta S. PETRI THOMASII *à teste vt plurimùm oculato conscripta. Aliorum de eo testimonia.*

1 *Effulsit trecentis abhinc annis* S. Petrus Thomasius, *eximium Ordinis Carmelitici lumen, Diuinâ prouidentiâ tunc super candelabrum Ecclesiarum Orientis atque Occidentis positum: vt clarissimis eruditionis ac sanctimoniæ radiis collustraret Gallias, Italiam, Pannonias, Illyricum, Græciam, nec non & insulas Siciliam, Cretam, Cyprum,* *S. Petri Thomasij, viri præclarissimi,*

Eubœam aliasq́; plures: imò ipsas etiam regiones Asiaticas, Syriacas, Ægyptiacas, sub tenebris ferè Mahometicis illo etiam tempore delitescentes, fulgore Christianæ lucis excitaret. Verùm ne communi mortalibus reliquis casu, vnius momenti spatio (quando VI *Ianuarij anni* MCCCLXVI *laborum suorum præmio donandus, in cælos migrauit) memoria tanti splendoris æternâ obliuione sepeliretur, singulari supremi Numinis dispositione, historia rerum præclarè ab eo gestarum conscripta est, & Vita eius noua reddita: cuius sacro lumine possent viri virtutum amantes, non ipsi solùm in antiquo atque olim cognito orbe degentes, sed etiam tunc necdum reperti Americani, aliique Indi, quotidie excitari: atque illustre hoc exemplum clariùs propositum intuiti, securiùs æternæ salutis portum assequerentur.*

Vita scripta

2 *Socius itinerum & laborum* S. Petri *vltimis annis fuit* Philippus Mazzerius, *aliis* Macerius, *aut è* Maseriis, regni Cypri Cancellarius, *infrà in epistolâ S. Petri ad Vrbanum* V *Papam, & Carolum* IV *Imperatorem*, vir doctus, *&* in consilio Philosophus, *nec non in bello* miles verus & strenuus. *Hic* S. Petrum *Apostolicæ Sedis in Oriente Legatum, in Cypro sæpius vidit admirabilia edentem prodigia, illius accuratè contemplatus est sanctitatem, eum Regis Referendarius adiit, & tantâ caritate complexus est, vt in Patrem spiritualem adoptârit, & vicissim in filium singulari amore fuerit ab eo adoptatus. Hinc vterque Regem Cypri in Europam comitatus, ad expeditionem sacram in Palæstinam Pontificem & Principes*

à Philippo Mazzerio, eius familiari,

Principes Christianos incitauit: vterque multis exantlatis laboribus pacem Bononiensem, Vicecomites inter & Romanum Pontificem, confecit : vterque belli subsidium à Venetis impetrauit, & in classe adornandâ plurimùm laborauit : vterque in periculosâ expeditione & fortem animum habuit, & aliis infudit: vterque Alexandriam captam retineri posse ac debere contendit : vterque eâ relictâ maximum mœrorem sensit : nec mori alter, nisi altero præsente visus est voluisse. Inciderat in febrim Petrus : *mox euocatus adfuit* Philippus, *cùm ille iam manibus, brachiis, tibiis emortuis, nisi* Philippus *adesset, se negaret è vitâ posse decedere : ei vt postrema mandauit verba, animam Deo tradidit.* Philippus *testamentum eius atque vltimam voluntatem ex fide executus, amorem etiam vitâ functo præstitit. Hic igitur vir talis ac tantus, qui* S. Petro Thomâ *semper erat vsus familiarissimè, omniaq; illius arcana perspecta habebat, res ab eo gestas, quas vel ab ipso didicerat, vel ipse oculis suis conspexerat, vel ab hominibus fide dignis acceperat, graui, etsi (vti tum erant tempora) impolitâ, narratione complexus est : quod intra proximum à* Thomasij *obitu biennium factum fuisse ex ipsis Actis colligimus, dum cap.* 12 *pax cùm Bernabone Vicecomite Mediolanensi, de quo sæpiùs agemus, operâ eiusdem Sancti anno* MCCCLXIV *stabilita, asseritur* vsque ad diem præsentem, *quâ scilicet auctor scribebat,* adeò laudabiliter durasse. *At pace turbatâ bellum à Bernabone anno* MCCCLXVIII *resumptum, continuis ferè octo sequentibus annis durauit, donec anno* *intra proximum ab eius obitu biennium.*

A 2 MCCCLXXV

MCCCLXXV *pax iterum conciliata est: licet intereà Bernabos metu Caroli* IV *Imperatoris, qui etiam cum exercitu Italiam ingressus fuerat, sæpius pacis desiderium finxerit, anathemate perculsus ab Vrbano* V *anno* MCCCLXVIII, *à Gregorio* IX *anno* MCCCLXXII *&* MCCCLXXIV.

3 *Ioannes Grossus Ordinis Carmelitarum electus Generalis anno ab obitu* S.Petri XXIII, *Christi* MCCCLXXXIX, *lib.2 Viridarij Ordinis in elogio huius Sancti ista scribit*: In captione ciuitatis Alexandriæ fuerunt duo nobiles Domini de regno Angliæ, Dominus videlicet Greij Baro, & Dominus Milon de Stapulton Miles, qui gloriosam eius Vitam, sub inquisitione veridicâ tam secularium quàm religiosorum descriptam, ad partes Angliæ deportauerunt. *Ex quibus etiam constat Vitam illam mox ab obitu Sancti fuisse à Mazerio scriptam, ad quem extat tunc missa epistola Francisci Petrarchæ viri ob singularem doctrinam orbi notissimi. Venit eodem* MCCCLXVIII *anno Romam ad Vrbanum* V *Pontificem Petrus Rex Cypri, anno sequente*, velut alter & iustus Abel, vel Ioseph innocens per operationem & machinationem fratrum suorum malitiosè & crudeliter interemptus: *vti his verbis refertur in Vitâ Vrbani* V *ex MSS. à Francisco Bosqueto editâ. Cædem hanc, plurimâ pecuniâ ab Turcarum Imperatore oblatâ, patratam deplorat Theodoricus Pauli, de quo iam agemus, post* Vitam S.Petri, *atque iterum in fine libri Bellorum Dei, vbi eum* propugnatorem fidei Iesu

delata mox in Angliã:

absque mentione cædis Regis Cypri anno 1369 occisi:

Christi

Christi *appellat, & martyrizatum scribit. Non omisisset etiam Mazzerius mortem Regis sui* Actis S. Petri *inserere, cuius regias virtutes & facinora heroica toties in iis prædicat, si post eius necem Acta hæc conscripsisset.*

4 *Vitam* S. Petri Thomasij *ab hoc auctore scriptam, & hactenùs ineditam, publicæ luci dedimus in Actis Sanctorum ad* XXIX *Ianuarij, ex Chronico vniuersali MS. circa annum Christi* MCCCCLXXX *compilato à* Theodorico Pauli, Gorcomiensi Presbytero & Vicedecano Ecclesiæ SS. Martini & Vincentij in Gorcomio oppido. *Hic in proœmio Chronici, in catalogo Patriarcharum Constantinopolitanorum ita scribit:* Petrus Thomæ Carmelita præfuit Patriarcha anno Domini MCCCLXVI. *Deinde cùm in eodem suo miscellaneo opere descripsisset originem ciuitatis Constantinopolitanæ, & elogia Imperatorum & Patriarcharum protulisset, subiungit Vitam S. Petri cum hoc titulo:* Originalis Legenda B. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani Ordinis Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, compilata à Domino Thomâ *(imò Philippo)* de Manseriis, cum miraculis eius. *Hanc Vitam more nostro in capita & numeros distinctam additionibus & notationibus illustrauimus: & mox viros clarissimos & doctrinâ eximios rapuit, qui eam diligenter scriptam laudarunt, & plurima in historias à se editas transtulerunt. Ex iis primus censendus* Eximius Pater ac Magister Ioannes Baptista de Lezanâ Ordinis Carmelitani San-

primum à nobis edita ex MSS.

laudata à Ioanne de Lezanâ,

MCCCLXXV *pax iterum conciliata est: licet intereà Bernabos metu Caroli* IV *Imperatoris, qui etiam cum exercitu Italiam ingressus fuerat, sæpius pacis desiderium finxerit, anathemate perculsus ab Vrbano* V *anno* MCCCLXVIII, *à Gregorio* IX *anno* MCCCLXXII *&* MCCCLXXIV.

3 *Ioannes Grossus Ordinis Carmelitarum electus Generalis anno ab obitu* S.Petri XXIII, *Christi* MCCCLXXXIX, *lib.2 Viridarij Ordinis in elogio huius Sancti ista scribit*: In captione ciuitatis Alexandriæ fuerunt duo nobiles Domini de regno Angliæ, Dominus videlicet Greij Baro, & Dominus Milon de Stapulton Miles, qui gloriosam eius Vitam, sub inquisitione veridicâ tam secularium quàm religiosorum descriptam, ad partes Angliæ deportauerunt. *Ex quibus etiam constat Vitam illam mox ab obitu Sancti fuisse à Mazzerio scriptam, ad quem extat tunc missa epistola Francisci Petrarchæ viri ob singularem doctrinam orbi notissimi. Venit eodem* MCCCLXVIII *anno Romam ad Vrbanum* V *Pontificem Petrus Rex Cypri, anno sequente*, velut alter & iustus Abel, vel Ioseph innocens per operationem & machinationem fratrum suorum malitiosè & crudeliter interemptus: *vti his verbis refertur in Vitâ Vrbani* V *ex MSS. à Francisco Bosqueto editâ. Cædem hanc, plurimâ pecuniâ ab Turcarum Imperatore oblatâ, patratam deplorat Theodoricus Pauli, de quo iam agemus, post* Vitam S.Petri, *atque iterum in fine libri Bellorum Dei, vbi eum* propugnatorem fidei Iesu Christi

delata mox in Angliā:

absque mentione cædis Regis Cypri anno 1369 occisi:

Christi *appellat, &* martyrizatum *scribit. Non omisisset etiam Mazzerius mortem Regis sui* Actis S. Petri *inserere, cuius regias virtutes & facinora heroica toties in iis prædicat, si post eius necem Acta hæc conscripsisset.*

4 *Vitam* S. Petri Thomasij *ab hoc auctore scriptam, & hactenùs ineditam, publicæ luci dedimus in Actis Sanctorum ad* XXIX *Ianuarij, ex Chronico vniuersali MS. circa annum Christi* MCCCCLXXX *compilato à* Theodorico Pauli, Gorcomiensi Presbytero & Vicedecano Ecclesiæ SS. Martini & Vincentij in Gorcomio oppido. *Hic in proœmio Chronici, in catalogo Patriarcharum Constantinopolitanorum ita scribit* : Petrus Thomæ, Carmelita præfuit Patriarcha anno Domini MCCCLXVI. *Deinde cùm in eodem suo miscellaneo opere descripsisset originem ciuitatis Constantinopolitanæ, & elogia Imperatorum & Patriarcharum protulisset, subiungit Vitam S. Petri cum hoc titulo :* Originalis Legenda B. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani Ordinis Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, compilata à Domino Thomâ *(imò Philippo)* de Manseriis, cum miraculis eius. *Hanc Vitam more nostro in capita & numeros distinctam additionibus & notationibus illustrauimus : & mox viros clarissimos & doctrinâ eximios rapuit, qui eam diligenter scriptam laudarunt, & plurima in historias à se editas transtulerunt. Ex iis primus censendus* Eximius Pater ac Magister Ioannes Baptista de Lezanâ Ordinis Carmelitani San-

primum à nobis edita ex MSS.

laudata à Ioanne de Lezanâ,

MCCCLXXV *pax iterum conciliata est: licet intereà Bernabos metu Caroli* IV *Imperatoris, qui etiam cum exercitu Italiam ingressus fuerat, sæpius pacis desiderium finxerit, anathemate perculsus ab Vrbano* V *anno* MCCCLXVIII, *à Gregorio* IX *anno* MCCCLXXII *&* MCCCLXXIV.

3 *Ioannes Grossus Ordinis Carmelitarum electus Generalis anno ab obitu* S. Petri XXIII, *Christi* MCCCLXXXIX, *lib. 2 Viridarij Ordinis in elogio huius Sancti ista scribit*: In captione ciuitatis Alexandriæ fuerunt duo nobiles Domini de regno Angliæ, Dominus videlicet Greij Baro, & Dominus Milon de Stapulton Miles, qui gloriosam eius Vitam, sub inquisitione veridicâ tam secularium quàm religiosorum descriptam, ad partes Angliæ deportauerunt. *Ex quibus etiam constat Vitam illam mox ab obitu Sancti fuisse à Mazzerio scriptam, ad quem extat tunc missa epistola Francisci Petrarchæ viri ob singularem doctrinam orbi notissimi. Venit eodem* MCCCLXVIII *anno Romam ad Vrbanum* V *Pontificem Petrus Rex Cypri, anno sequente*, velut alter & iustus Abel, vel Ioseph innocens per operationem & machinationem fratrum suorum malitiosè & crudeliter interemptus: *vti his verbis refertur in Vitâ Vrbani* V *ex MSS. à Francisco Bosqueto editâ. Cædem hanc, plurimâ pecuniâ ab Turcarum Imperatore oblatâ, patratam deplorat Theodoricus Pauli, de quo iam agemus, post* Vitam S. Petri, *atque iterum in fine libri Bellorum Dei, vbi eum* propugnatorem fidei Iesu

delata mox in Angliã:

absque mentione cædis Regis Cypri anno 1369 occisi:

Christi

Christi *appellat*, *&* martyrizatum *scribit*. *Non omisisset etiam Mazzerius mortem Regis sui* Actis S. Petri *inserere*, *cuius regias virtutes & facinora heroica toties in iis prædicat*, *si post eius necem Acta hæc conscripsisset*.

4 *Vitam* S. Petri Thomasij *ab hoc auctore scriptam*, *&* *hactenùs ineditam*, *publicæ luci dedimus in Actis Sanctorum ad* XXIX *Ianuarij*, *ex Chronico vniuersali MS. circa annum Christi* MCCCCLXXX *compilato à* Theodorico Pauli, Gorcomiensi Presbytero & Vicedecano Ecclesiæ SS. Martini & Vincentij in Gorcomio oppido. *Hic in proœmio Chronici*, *in catalogo Patriarcharum Constantinopolitanorum ita scribit*: Petrus Thomæ, Carmelita præfuit Patriarcha anno Domini MCCCLXVI. *Deinde cùm in eodem suo miscellaneo opere descripsisset originem ciuitatis Constantinopolitanæ*; *&* *elogia Imperatorum & Patriarcharum protulisset*, *subiungit Vitam S. Petri cum hoc titulo*: Originalis Legenda B. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani Ordinis Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, compilata à Domino Thomâ (*imò Philippo*) de Manseriis, cum miraculis eius. *Hanc Vitam more nostro in capita & numeros distinctam additionibus & notationibus illustrauimus*: *&* *mox viros clarissimos & doctrinâ eximios rapuit*, *qui eam diligenter scriptam laudarunt*, *&* *plurima in historias à se editas transtulerunt*. *Ex iis primus censendus* Eximius Pater ac Magister Ioannes Baptista de Lezanâ Ordinis Carmelitani San-

primum à nobis edita ex MSS.

laudata à Ioanne de Lezanâ,

ctiſſimæ Congregationis Rituum & Indicis Conſultor Pontificius, Beneficiorum Examinator, & in Sapientiæ Archigymnaſio Romano publicus Lector, *qui præter alios libros de doctrinâ Theologicâ ſcriptos, edidit* Annales ſacros Ordinis ſui Carmelitici, *in quorum tomo* IV *pleraque ex hac Vitâ in ſuos annos, quibus ſingula geſta ſunt, ſtudioſè ſunt relata. Alter eſt* Vir eruditiſſimus Odoricus Raynaldus Congregationis Oratorij Presbyter, *qui* Annales Eccleſiaſticos, *accuratiſſimo* Cardinalis Baronij *iudicio editos, pari felicitate pergit continuare, & tomo* XVI *pleraſq; Legationes pro Sede Apoſtolicâ ſuſceptas cum expeditione Alexandrinâ, & præclaris geſtis ac felici obitu* S. Petri Thomaſij *interſerit, quæ à Mazzerio ſcripta edidimus. Addi poſſet illuſtris Hiſtoria Imperij Conſtantinopolitani ſub Latinis Cæſaribus, typis Luparæis nuper Gallico ſermone vulgata, ſed ne nimis operosè diligentes in ſimilibus videamur, omittimus alios tractatus recenſere.*

Oderico Raynaldo, aliiſq;

5 *Poſt epilogum auctoris ſubnectuntur in eodem MS. Gorcomienſi nonnulla, ab incerto auctore, aut forſan pluribus, adiecta.* Lucas Waddingus, *variis editis libris clarus, à quo mox* Vitam S. Petri *editam dicemus, in tractatu de Scriptoribus Ordinis Minorum, anno* MDCL *excuſo, de* Ioanne de Fauentiâ, *qui in hac Appendice, ob beneficium anginæ meritis S. Petri depulſæ, primus memoratur, iſta refert:* Ioannes Fauentinus Guardianus olim Paphenſis in Cypro, tantæ virtutis & pietatis vir, vt pro Sancto reputetur apud ſuos conſodales, & in mo-

Appendicis pars an á Ioanne Fauentino ſcripta?

 naſterio

nasterio Clarissarum Misericordiæ Regij. Lepidi eius ossa habeantur in veneratione: scripsit Vitam B. Petri Thomasij Ord. Carmelitarum, Patriarchæ Constantinopolitani, Legati Apostolici, Famagustæ in Cypro defuncti. *Nos antè censuimus, atque iterum opinamur*, Fauentinum Vitæ S. Petri *ex Mazzerio descriptæ addidisse solùm miraculum sanitatis meritis eius obtentæ. Adduntur in eadem Appendice nonnulla, tum de studiis Theologicis Bononiæ erectis, quæ infrà illustramus, tum de patrocinio à Deiparâ Virgine apparente addicto pro conseruatione Ordinis Carmelitani. Descripta ea reuelatio est à* Ioanne Hildeshemio eiusdem Ordinis Carmelitani viro admodùm erudito, ac discipulo olim S. Petri Thomasij, *qui in libro* de Principio Ordinis Fratrum Gloriosissimæ Dei Genitricis MARIÆ per modum dialogi contra eiusdem detractores, *ista narrat, & ex eo alij, potissimùm* Balduinus Leersius Atrebas, *qui in eodem Ordine circa annum Christi* MCCCCL *floruit, in* Collectaneo exemplorum & miraculorum qualiter gloriosissima Dei Genitrix Virgo sēper MARIA Carmelitarum Fratrum Patrona singularissima & singulare refugium Ordinem suum & Fratres prouexit, protexit, ampliauit, exaltauit, quotidie honorat & custodit. *Alter, & is* illustris scriptor *eodem seculo, sed aliquanto iunior, vixit*, Arnoldus Bostius Carmelita Gandensis, vir (*teste Trithemio de Viris illustr. Ord. Carmelit.*) in diuinis scripturis studiosissimus & valdè eruditus,

Addita ex Ioāne Hildeshemio,

Balduino Leersio,

Arnoldo Bostio,

ditus, atque in ſecularibus litteris egregiè do-ctus, ingenio promptus & clarus eloquio, Theologus, Philoſophus & Poëta inſignis.. ſcripſit quædam præclara opuſcula . . . de Patronatu Dei Genitricis Carmelitici Ordinis. de Illuſtribus viris Ordinis ſui &c. *Ex his addimus* illuſtria Elogia S. Petri Thomaſij, *in quibus ſingularis eius affectus erga* Deiparam Virginem *indicatur.*

Alia Vita ex variis à Luca VVaddingo compoſita:

6 *Nuper etiam* Lucas Waddingus *iam citatus, nouam* S. Petri *Vitam conſcripſit, quòd (vti poſt alias rationes præfatur ad Lectorem)* Mazzerius Vitam ſcripſerit humilem & valdè diminutam, prout illa ætas ferebat. Ego, *inquit*, ſordibus dilutis, & exutâ ſenectâ, feci nouiorem auctioremque, additis dumtaxat, quæ ex probatiſſimis monumentis accepi. Notas deinde vberiores addidi, in quibus procul feci pleroſque errores auctorum, qui potiùs comminiſcuntur quæ ſcribunt, quàm referant, quæ geſta ſunt. Grauiter hoc vitio laborant aliqui, qui affectui ſuccumbentes, quò volunt, & quomodò volunt, hiſtoriam deducunt, & incautum lectorem circumducunt. *Hæc Waddingus. Ea nempe ratio eſt, cur nos tanto labore antiqua & primæua auctorum monumenta colligere, diſcutere, & primogenio ſtylo in lucem edere, conemur: arbitrati* exutâ ſenectâ *obfuſcari antiquæ hiſtoriæ veritatem, neque impolitam viri eruditi narrationem pro ſordibus habendam, quales hîc nullas cenſuimus diluendas. Certè*

minùs

minùs probamus Vitam nouiorem, *vti appellat,* & auctiorem *fieri, quamuis asserantur ea dumtaxat addi, quæ in probatißimis monumentis reperiuntur. Singula separatim potiùs proferantur, indicatis auctoribus, aut saltem temporibus, quibus ea fuisse primùm conscripta videantur: ne certißima incertis dubiisq; permista, minùs ponderis obtineant ad auctoritatem stabiliendam. Illustre illud est & omni admiratione dignum, quod Waddingus num. 6 Vitæ interserit ab aliis scriptoribus prætermissum: scilicet* visum cordi S. Petri inscriptum sacratissimum nomen MARIÆ, non aliter quàm Martyris Ignatij præcordiis diuina IESV vox apparuit impressa. *De* S. Ignatio *egimus* 1 *Februarij diximusq; ob altißimum antiquorum scriptorum & Latinorum & Græcorum silentium non videri sacrosancta verba* IESVS CHRISTVS *diuino miraculo* aureis litteris *in corde eius fuisse exarata, quod seculo* XIII, *post obitum* S. Ignatij *plùs mille & centum annis, scripsêre* Martinus Polonus, Vincentius Bellouacensis, *eosq; secuti* S. Antoninus, Mombritius, Vbertinus de Casali, Baptista Mantuanus, *aliique, occasione arreptâ, quòd Traiano Imperatori sciscitanti, cur* Theophorus *appellaretur, se* Christum circumferre in animâ, *aut* habere in pectore *responderit: ceterùm in Actis legi* à leonibus carnem omnem comestam & solidiora tantùm ossa relicta. *Quidni ille, quisquis est, qui ante Waddingum cordi S. Petri nomen* MARIÆ *insculptum affirmauit, illo loquendi modo eximiam eius in Deiparam Virginem exprimere pietatem*

In eâ nomen MARIÆ *cordi S. Petri inscriptum dicitur.*

tem solùm voluerit? Certè Mazzerius, qui ex vltimâ eius voluntate omnia à morte disponebat, ista solùm narrat: ſupra corpus ſplendorem quemdam cæleſtem extitiſſe, totam ciuitatem ad illud venerationis causâ confluxiſſe; corpus madidum quaſi recens à balneo fuiſſe, eoque humore multa miracula facta: faciem claram apparuiſſe & ſuauem odorem expiraſſe. *Num ergo ſiluiſſet, ſi corpore aperto viſum fuiſſet nomen* MARIÆ *cordi inſcriptum? An non curaſſet hoc pretioſæ thecæ includi? An etiam Arnoldus Boſtius, qui pietatem eius erga* Deiparam Virginem, *& ab hac illi præſtita beneficia, accuratiſſimè collegit, hoc miraculum prætermiſiſſet?*

7 *Verùm ipſum Waddingi teſtimonium integrum proferamus.* His aliiſque acceptis beneficiis, *inquit*, ſanctiſſimæ Virgini deuinctus, incredibili erga eam exarſit deuotionis affectu, propoſuitque nullum prętermittere obſequium, quod in tantæ benefactricis cederet honorem. Scripto peculiari libello, eius ab originali peccato indemnitatem conſtanter aſſeruit, & reliqua Virginis priuilegia doctis celebrauit encomiis. Quotieſcumque orabat, laudes miſcebat MARIÆ: quæcumque obuia MARIÆ ſimulacra reuerenter ſalutabat: locuturus nomen præmittebat MARIÆ: antequam menſæ accumberet, MARIANA promebat elogia, & cibum putabat inſipidum, ſi ſacræ Virginis non condiretur memoriâ. In laboribus, in anguſtiis ad ſacram

varia eius erga S. MARIAM *pietas indicatur.*

hanc

hanc aram conuolabat, insidiisque inimici hac arte occurrebat, vt singulis ictibus clypeum opponeret nominis MARIÆ, cuius præsens semper sentiebat auxilium. Ingens hic pietatis ardor ita transmutauit affectum mentemque possedit, vt nihil aliud sapere, nihil affari, nihilque videretur audire. Ex abundantiâ cordis os loquebatur: visum quippe est eius cordi insculptum sacratissimum nomen MARIÆ, non aliter quam Martyris Ignatij præcordiis diuina IESV vox apparuit impressa. *Hæc ille, quæ conferenda sunt cum iis, quæ infrà & à Mazzerio cap. 1 Vitæ & ex Patronatu Bostij referuntur. Aliqua hinc descripsit Lezana ad an. 1352 num. 3, vbi* MARIÆ nomen Petro in corde quasi inscriptum *prudenter obseruat.*

8 *Certiora sunt, quæ sacris Summorum Pontificum oraculis firmata, egregias S. Petri Thomæ virtutes, atque indefessos labores exprimunt, & in Bullis Apostolicis vt pretiosas quasdam gemmas relucentes ostendunt. Has Bullas, saltem quæ hactenùs reperiri potuerunt, infrà subnectimus, antè in Annalibus Ioannis Baptistæ de Lezana, Odorici Raynaldi & Abrahami Bzouij, ac potissimùm apud Waddingum post Vitam S. Petri excusas.* *Virtutes eius in Bullis Apostolicis exprimuntur.*

§ II

S. Petri Thomasij suscepti pro Sede Apostolicâ labores, variæque obitæ Legationes.

9 I*Nter alia decora* S. Petri Thomasij *vel maximè illustres extitêre, quas Pontificis Maximi nomine obiuit, legationes: planè vt expressam Legati absolutissimam effigiem in eius Vitâ contemplari videamur. Quàm enim ille multa ac varia pro sedandis Italiæ motibus, Christianâ religione propagandâ, Saracenorum Turcarumq; reprimendâ tyrannide, munera gessit? quot adiuit prouincias? quanta suscepit pericula? Prima eius legatio ad Reges Apuliæ in Vitâ nu. 16 dicitur. Mortuo* VI *Decembris anni* MCCCLII Clemente VI Pontifice, *electus est* XVIII *eiusdem mensis* Innocentius VI, *& mox die* XXIII *coronatus.* Abalienarant Siculæ Regiæ iura Ludouicus Rex Apuliæ *& potissimùm eius* coniux Ioanna, *quarum donationes à* Clemente VI *rescissæ fuerant, & tunc eadem de re ab* Innocentio VI *repetitum decretum,* VI Idus Maij, anno I Pontificatus, *Christi* MCCCLIII, *signatum : fueruntq; obiecto anathemate vetita iura regia distrahi. Hæc legationis impositæ S.* Petro *videtur occasio fuisse, quam ita describit Mazzerius* : Dominus Papa ordinauit

Variæ obitæ legationes,

anno 1353, mense Maio ad Regē Apuliæ:

uit Fratrem Petrum Apostolicæ Sedis Nuntium, ad eundum in Apuliam, ad Regem Apuliæ Ludouicum, & ad Reginam Ioannam eius consortem, propter aliqua magna negotia, Ecclesiam Dei & regnum Apuliæ tangentia. *Deinde hanc eius* primam legationem *appellat. Waddingus paullò post sequentem ad Genuenses legationem, hanc in Apuliam ei iniunctam scribit. Nulla de hac legatione Bulla extat.*

10 *Dissidebant tunc temporis implacabili odio Genuenses & Veneti, & cruentis bellis in mutuam ruebant perniciem. Classis Genuensium ingens* XXV *Augusti in mari Sardoo à Venetis & Aragoniis cæsa fuit, triginta ac tribus triremibus cùm hominibus submersis. Genuenses, deiectis eâ clade animis, Liguriam Ioanni Vicecomiti & Archiepiscopo Mediolanensi subiecerunt.* Innocentius Papa *ob cruorem Christianum fusum ingemiscens*, S. Petrum Thomam *ad Genuenses & Mediolanenses* Nonis Octobris *misit, vt ipsos ad pacem cum Venetis & Aragoniis conciliandam induceret. Ioannes Pontificis voluntati obsecuturus, Oratores destinauit ad Venetos: qui pacem rogarent, ac pollicerentur inposterum Venetis loco fratrum Genuenses futuros. Hac de caussâ Legati partium Aueniome coram Pontifice, vt hic fieri petierat, conuenerunt mense Februario anni sequentis* MCCCLIV. *Sed votis Pontificiis non respondit exitus. Hæc pluribus scripta legi possunt in Annalibus Ecclesiasticis Odorici Raynaldi, qui* Petrum Thomam *pro hac pace conficiendâ missum, vocat* Virum sanctimoniæ gloriâ cla-

mēse Octobri ad Genuenses & Mediolanenses.

rum.

rum. *Vnicæ pro hac legatione extant Litteræ Apostolicæ, inscriptæ* Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ecclesiarum & monasteriorum Prælatis, *vt eidem iter facienti velint adesse.*

11 *Posteà cùm* Carolus IV *in Imperatorem coronandus, sub finem anni* MCCCLIV *properaret in Italiam,* consilio ventilato in consistorio, *vt nu-*

ad Carolū 4 Imperatorem, & Regem Rassiæ,

17 *asserit Mazzerius,* Papa de consilio Fratrum Cardinalium ordinauit Fratrem Petrum Nuntium Apostolicum ad Imperatorem Romanum & Regem Rassiæ, *sed antè* Episcopum Pactensem *designatum. Quæ* S. Petrus *apud Imperatorem peregerit, explicat Mazzerius: nec hactenùs vlla ad hanc Legationem spectans Bulla reperta est. Extant verò ad* Ludouicum Regem Hungariæ, *&* Ducem Venetiarum, *quibus commendat* Episcopos Petrum Pactensem, & Bartholomæum Traguriensem Sedis Apostolicæ Nuntios *à se ad Regem Rassiæ missos. Sunt & aliæ Bullæ, inscriptæ* Stephano Regi Rassiæ, Helenæ Reginæ, Orosio filio, *tum* Ioannichi Patriarchæ Seruiæ, *aliisq́;* Principibus, Comitibus *&* Baronibus *eiusdem* Seruiæ, *siue* Rassiæ; *tum potissimùm ipsis* Sedis Apostolicæ Nuntiis Bartholomæo Traguriensi & Petro Pactensi Episcopis. *Datæ eæ Bullæ ferè sunt mense Decembri anni* MCCCLIV, *& annus sequens* MCCCLV *hac Rassianâ legatione exactus est. Reliqua in Actis & ad ipsas Bullas explicantur.*

destinata anno 1354, obita an. 1355.

12 *Anno sequente* MCCCLVI *plures Legationes* S. *Petro fuêre impositæ: tunc* infra Octauam Pen-

tecostes

tecostes nuntios Ioannis Palæologi Imperatoris Constantinopolitani ad Pontificem venisse, qui Dominum suum redire ad Ecclesiæ vnitatem velle, & subsidium contra Turcas petere indicarint, *tradit ex MS. Vaticano Odoricus Raynaldus ad hunc annum num.* 32. *Desciuerat verò à suscepto eiurandi schismatis consilio suprà memoratus Stephanus Rex Rassiæ. Quare hunc armis* Ludouici Regis Hungariæ *opprimendum, & Palæologum omni ope & auxilio dignum censuit Pontifex: cuius desiderio vt optatus successus accederet, bellum necessariò amouendum erat, quod Venetos inter & Regem Hungariæ fuerat exortum: ad quæ omnia, quamuis difficillima apparerent, pacanda peragendaq;, vnus* Petrus Thomasius *aptissimus iudicabatur. Ad Imperatorem Constantinopolitanum socius rerum perficiendarum datus* Guilielmus Episcopus Sisopolitanus, *ad Regem Hungariæ* Stephanus electus Episcopus Zagabriensis, *qui eiusdem Regis Nuntius ad Pontificem missus fuerat. Præerat Venetis* Dux Ioannes Gradonicus, *ad quem extant binæ Litteræ Apostolicæ, quibus eum* Innocentius Papa *adhortatur, tum vt abstineat à fœdere cum Rassensibus ineundo, tum vt pacem ineat cum Rege Hungariæ, ad quem vt eamdem etiam pacem amplecteretur alias litteras misit: aliis suadet, vt bellum inferat schismaticis, atque exercitus Christiani Imperatorem constituit. Præter Rassenses schismaticos arcendi erant* Franciscus de Ordelassis ac Ioannes & Guilielmus de Manfredis *Ecclesiæ in Italiâ rebelles.*

anno 1356 *ad Regem Hungariæ & Venetos.*

Aliis

Aliis præterea Litteris Apostolicis inhibitum erat Patriarchis Aquileiensi & Gradensi & Archiepiscopo Salsseburgensi, *ne quis contra Regem Hungariæ schismaticis aut hereticis fauorem aut auxilium vllum præstaret. Datæ hæ litteræ fuêre* mense Iulio *aut* Augusto anni Pontificatus IV, *Christi* MCCLVI, *sed aliquot diebus ante reliquas signatæ fuêre, quæ mittebantur ad* Palæologum Imperatorem, Patriarcham Constantinopolitanum Græcorum *&* Franciscum Gatteluxium, insulæ Lesbi seu Mytilenes Dominum: *vt videatur iniuncta* Petro Thomasio *eodem tempore suprà indicata ad Venetos & Regem Hungariæ Legatio, quæ posteà inde erat Constantinopolim instituenda, remisso forsan ad Pontificem Stephano electo Episcopo Zagabriensi, prioris Legationis socio. Verùm* S. Petrum *ex Hungariâ ob spem pacis conciliandæ rediisse Venetias, & optato successu non impetrato, venisse Romam, Mazzerius exactè indicat, ac dein* interuallis aliquibus temporis, *paucorum hiemalium mensium, interpositis, missum esse anno* MCCCLVII *Nuntium Apostolicum Constantinopolim. Verùm Imperatorem, quo tempore Michaëlem filium Ioannis Cantacuzeni ceperat, in exercitu conuenit, eumdemque, cùm ad vrbem regiam reuerteretur, comitatus, ad veram Ecclesiæ Romanæ doctrinam amplectendam, quæ caussa legationis erat, induxit. Rescripsit Imperator Pontifici* VI Nouemb. Indict. XI, anno mundi sexies millesimo octogesimo sexagesimo sexto, *qui Latino calculo est annus Christi* MCCCLVII, *quo hanc legationem*

& Palæologum Imperatorem.

hac anno 1357 *peracta,*

Imperatore conuerso,

tionem obiuit S. Petrus, *anno sequente in Cyprum & Palæstinam profectus, inde ad Curiam Romanam reuersus. Hæc infrà à Mazzerio cap. 4, 5 & 6 Vitæ referuntur.*

13 *Placuêre Summo Pontifici & S.R.E. Cardinalibus res à* S. Thomasio *in hactenus iniunctis Legationibus summâ dexteritate, zelo ac virtute peractæ: cui pro Christi fide & Ecclesiâ Romanâ perficienda maiora facinora, tolerandaq; certamina fuêre imposita. Nam idem* Papa Innocentius *Palæologo Imperatori, contra Turcas Orientem infestantes auxilia deposcenti, cùm succurrere decreuisset*, anno Pontificatus VII, *Christi* MCCCLIX, S. Petrum *creatum Coronensem Episcopum, constituit* Legatum Apostolicum in Patriarchatu Constantinopolitano, *ac pluribus* Archiepiscopatibus Orientis, *reuocato omni alio Legato ad illas partes antè misso: monitis Patriarchâ & Archiepiscopis, vt exercitum Cruce signatorum contra Turcas colligerent: mandato etiam ad Vrsum Archiepiscopum Cretensem scripto, vt Legationem ac regimen vrbis Smyrnensis cederet* B. Petro, *quem in partibus suæ Legationis instituit* generalem hæreticæ prauitatis Inquisitorem. *Sunt de his rebus quatuor Bullæ Pontificiæ*, V Idus Maij, anno VII Sedis, *signatæ. Quæ in hac Legatione annis ferè quatuor præclarè gesta sunt, referuntur à Mazzerio, vt plurimùm teste oculato, cap. 7 & tribus sequentibus.*

in Oriente anno 1359 & tribus sequentibus.

14 *Mortuo interim* Innocentio VI, *successerat* Vrbanus V *anno* MCCCLXII *die* VI *Nouembris*

consecratus. Quo tempore Petrus Rex Cypri, *partâ non vnicâ de Turcis victoriâ valdè illustris, ad recuperandam Palæstinam auxilia petiturus, in Occidentem venit: quem comitatus est* S. Petrus Thomas, *gestâ per Orientem Apostolicâ Legatione, & Christi cultu amplificato, clarus: & mox à Pontifice ad Archiepiscopatum Cretensem promotus. Gerebatur eo tempore bellum valdè arduum inter Romanum Pontificem & Vicecomites Mediolanenses ob Bononiensis ditionis dominium. Ad pacem hanc conciliandam missus ab* Vrbano Papa *est* Petrus Thomas *anno* MCCCLXIII, *qui eam anno sequenti feliciter confecit, ac regressus ad Pontificem ex sententiâ Cardinalium Patriarcha Constantinopolitanus est constitutus. Nullæ de hisce legationibus hactenùs repertæ Bullæ Apostolicæ. Sed copiosus & accuratus est Mazzerius, qui vbique aderat, in rerum tunc gestarum narratione. De Bononiensi pace mox iterum agemus.*

ad Vicecomites Mediolanenses anno 1363 & sequēte.

15 *Decreta iam erat expeditio Cruce-signatorum contra Turcas, aliosq́; impij Mahometis sectatores. Tunc in locum Cardinalis Talayrandi mortui*, ab Vrbano v anno Pontificatus II, *Christi* MCCCLXIV, S. Petrus Thomas *constitutus est* Generalis Legatus, pro passagio Terræ sanctæ, *& subsidio* Petri Regis Cyprij, *& aliorum transfretantium. Fuit ea legatio amplissima, ac plurimis priuilegiis ornata. Extant binæ Litteræ Apostolicæ, quibus &* S. Petrus *creatur* Legatus, *& de eâ institutione certior redditur Rex Cypri. Verùm dum hæc expeditio adornatur, timor belli noui Genuenses inter & Cyprios exortus est:*

iterum in Orientem anno 1364 & sequentibus:

cui auertendo ab eodem Vrbano missus est anno M-CCCLXV Pacificator S. Petrus Thomasius, *Litteris Apostolicis signatis* anno III Pontificatus, X Kalend Martij. *Eumdem binis aliis litteris* IV Nonas Martij *&* VII Kalend. Aprilis, *incitauit Pontifex, vt fœdera pacis acceleraret. Nec destitit adhortari tum* Adornum Ducem *&* Remp. Genuensem, *tum ipsum* Cypri Regem *ad pacem interueniente* B. Petro *ineundam. Quâ mox feliciter compositâ, Pontifex Litteris* VI Kalend. Maij *datis Regem Cypri rogat, vt quamprimùm velit ad sacram expeditionem transfretare. Quod & factum est, die* III *Octobris vrbe Alexandrina interceptâ, à quâ expeditione cum Rege in Cyprum reuersus* S. Petrus, *diem vitæ extremum habuit* VI *Ianuarij anni sequentis* MCCCLXVI. *Quæ omnia accuratissimè coràm obseruauit, & descripsit Mazzerius vltimâ parte Vitæ.*

interposita ad Genuenses anno 1365.

§ III

Collati à Summis Pontificibus S. Petro Thomasio Episcopatus varij, Archiepiscopatus, Patriarchatus.

16 M*Azzerius num.* 17 *Vitæ* Quia Ambassiata, siue Legatio pon.derosa periculosa, authentica, imperialis & regalis erat, ideò

Constituitur anno 1354 Episcopus Pactensis in Siciliâ & Liparensis:

oportebat Nuntium authenticum & in gradu alto esse. *Quare* Innocentius VI Papa *dedit ei* Ecclesiam Pactensem in Siciliâ, *& consecratus est Episcopus Pactensis & Liparensis anno Christi* MCCCLIV. *Est* Lipara *Æoliarum, siue Vulcaniarum, insularum ad Septemtrionale Siciliæ latus maxima, à quâ & reliquæ Liparæorum insulæ appellantur; est in eadem insulâ vrbs antiquissima* Lipara, *vt quæ ante bellum Troianum condita fertur, & primis Christi seculis Sede Episcopali ornata. Ibi* S. Agatho *(cui dies* XXVII *Iunij sacer est) sub Decio & Valeriano Imperatoribus Episcopus floruit, & monitu Angelico sacras* S. Bartholomæi Apostoli *reliquias excepit: quas ibi ad seculum Christi nonum depositas fuisse, ac tum metu Saracenorum primò Beneuentum, dein Romam delatas constat. Seriem Episcoporum interrupêre Saraceni, insulâ eâ ab anno* DCCCLXIV *ad annum circiter* MLXXX *potiti: quibus eiectis, vt religio Christiana meliùs restitueretur, Ecclesia* S. Bartholomæo à Rogerio primo Siciliæ Comite *erecta est, monasteriumq; adiunctum. E regione harum insularum in flexuoso Siciliæ sinu quingentos circiter à mari passus conditæ* Pactæ, *vulgò* Patti: *cuius vrbis prima mentio ad annum Christi* MXCIV *occurrit, cùm iam memoratus* Rogerius *etiam ibidem cœnobium* S. Bartholomæo *dicatum extruxit, ac dicto Liparensi bonorum societate coniunxit. Vtrique loco iidem præfuerunt* Abbates, Ambrosius, Ioannes, Gilibertus, *qui postremus creditur circa annum* MCLXVI Episcopus Pactensis & Liparensis *constitutus. Certius*

tius constat eius successorem Stephanum *anno* MCLXXX *Episcopum fuisse. Inter subsecutos Episcopos fuêre ex Ordine Prædicatorum* Bartholomæus, Ioannes, *&* Petrus, *dein ex Ordine Fratrum Minorum* Vincentius *&* Petrus de Pernis Teutonicus, *cui* XXI *Ianuarij anni* MCCCLIV *vitâ functo successit* S. Petrus Thomasius, *Ordinis* S. MARIÆ *de Monte Carmelo, signatis ab Innocentio* VI *litteris Apostolicis* XVI *Kalend. Decembris, anno Pontificatus secundo. Quibus relatis addit Lezana ad hunc annum num.6,* Lucam Waddingum, quia hanc bullam non viderat, quamplurimas Nuntiaturas, Legationes & dignitates eidem B. Petro Thomæ concessas, suo illi Petro Teutonico attribuisse: donec specialissimâ & euidentissimâ Dei prouidentiâ, ac singularissimâ eiusdem B. Petri intercessione, citata Bulla in Regestis Vaticanis magno cum gaudio Religionis Carmeliticæ est reperta. *Hæc ille. Ecclesiarum Pactensis & Liparensis coniunctionem dissoluit Bonifacius* IX *anno* MCCCIC, *vnicuique proprio assignato Episcopo. Nuper etiam Vrbanus* VIII *Liparensem Ecclesiam à Metropolitico Messanensis Archiepiscopi iure immunem fecit, & Sedi Apostolicæ immediatè subiecit. De Liparensibus Episcopis agit Ferdinandus Vghellus tomo* 2 *Italiæ sacræ in Appendice, de Pactensibus verò & Liparensibus Rocchus Pirrus li.* 3 *Siciliæ sacræ notitiâ* 4 *&* 8. *Alibi correximus errores aliquorum, qui pro Liparensi Episcopatu Melitensem, & pro Pactensi Pacensem in Hispaniâ (vbi* Pax-Augusta, *vulgò Bada-*

joz vrbs est) aßignarunt, aut si proprios ei reliquerint Episcopatus, eumdem sub Clemente VI *creatum tradidêre, sub quo antè indicatus decessor* Petrus Teutonicus *assumptus fuerat, hinc præbitâ festinis & incuriis hallucinandi occasione. Correximus etiam illos, qui à Pactensi Episcopatu immediatè ad Patriarchatum Constantinopolitanum, aut saltem ad Archiepiscopatum Cretensem ascendisse scripserunt.*

17 Innocentius *litteris Apostolicis datis* VI Idus Maij anno Pontificatus VII, *Christi* MCCCLIX, B. Petrum Thomam à vinculo Ecclesiæ Pactensis absolutum, Ecclesiæ Coronensi præfecit in Episcopum & Pastorem. *Mazzerius num.* 39. *ait* Papam in augmentationem status Ecclesiam Coronensem dedisse, *quando Legatum Apostolicum in Orientem destinauit. Est autem* Κορώνη *Ptolemæo lib.* 3. *Geographiæ cap.* 16 *vrbs maritima Peloponnesi, in sinu Messeniaco Episcopatu insignis, sub Archiepiscopo tunc Patrensi, olim Corinthiaco, subiecta eo tempore Venetis. Suffectus est* Petrus Lu-douico Turriano *Mediolanensi, ad Patriarchatum Aquileiensem euocato. Vrbis* Coronæ *situs, arcisq́; à Venetis extructæ, pluribus describitur in Sabellici supplemento lib.* 16. *Factus Patriarcha Constantinopolitanus habuit infrà num.* 80. Ecclesiam Coronensem in commendam ad vitam suam, & Ecclesiam Nigropontensem; *adeoq́; hæc quasi alius eius Episcopatus censeri potest. Est autem Negropontium insula prope Achaiam, antiquis* Euboea, *cuius Episcopus suberat Archiepiscopo Atheniensi. Insulam hanc*

anno 1359 *Coronensis in Peloponneso,*

an etiam Negropontensis in Euboeâ insulâ?

*integro pòst seculo Venetis eripuêre Turcæ, quam expugnationem, & insulæ descriptionem exhibent Petrus Iustinianus lib.*8.*historiæ Venetæ, & Sabellicus decade* 3 *lib.* 8 *sub finem.*

18 *Posteà Archiepiscopatu Cretensi donatus est ab Vrbano* V *anno Pontificatus illius* I, *Christi* MCCCLXIII, *atque Vrso successit, cui Innocentius scripserat anno Christi* MCCCLIX, *vt ipsi Petro tum Episcopo Coronensi cederet legationem & regimen Smyrnæ ciuitatis. Est Archiepiscopalis Sedes in vrbe Candiâ, Cretæ insulæ: non enim fuit* Cretensis in Cypro Archiepiscopus, *vt censuit nuper aliquis; cùm huius insulæ Archiepiscopalis Sedes sit Nicosiæ vrbe primariâ & regiâ. Petrus Galesinius in Martyrologij sui Notationibus ad* VIII *Ianuarij facit eumdem* in Cypro insulâ Episcopum Famagustæ, *perperàm, loco obitus & sepulturæ deceptus.* *anno 1363 Archiepiscopus Cretensis.*

19 *Demum* ad Patriarchatum Constantinopolitanum *ab eodem Vrbano* V *promotus est, anno Pontificatus illius* II, *Christi* MCCCLXIII, *cùm eum designaturus erat sacræ expeditionis Legatum. Successit Guilielmo Latinorum tertio Constantinopolitano Patriarchæ, qui, teste Genebrardo, Callisto & Philotheo, Græcis Patriarchis & schismaticis, annos decem aduersariam, sed legitimam, tenuit cathedram. Commemorato Callisti obitu, ac Philothei restitutione, historiam suam concludit Cantacuzenus. Cùm Philotheo ergo sedit B. Petrus. Quinam tunc illi Archiepiscopi subiecti fuerint, ad ipsas Bullas Pontificias dicetur. Non lubet corrigere eos, qui* in ipsâ vrbe Con- *anno 1364 Patriarcha CP.*

 stantinopoli

ſtantinopoli *aſſerunt ſediſſe, quiq; in tempore collati Patriarchatus multùm aberrant, aut deniquePatriarchatum illi Alexandrinum tribuunt, nato hinc errore, quòd Patriarcha Conſtantinopolitanus interfuerit expugnationi Alexandriæ.*

§. IV

Bononienſis pax à S. Petro firmata: ſtudia Theologicæ facultatis illic fundata. Libri ab eodem conſcripti.

20 NObiliſſimam ciuitatum Italicarum *Bononiam, opibus rerumq; omnium abundantiâ non ſolitam vlli Italiæ vrbi cedere, ſtudiis verò litterarum reliquas ſuperâre, tradidêre plurimi in huius vrbis encomio. Imò* Innocentius VI Papa *in Bullâ, cuius hoc eſt exordium:* Quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, *datâ* apud Villam-nouam Aueniouenſis diœceſis ... I Kalend. Iulij, Pontificatus anno VIII, *Chriſti* MCCCLX, *aſſerit* Bononiam diuinâ gratiâ magnis donis & gratiis illuſtratam, bonorum multiplicium fæcunditate dotatam, & loci amœnitate non modicâ decoratam: *ac cum* animi delectatione ſe recenſere vberes fructus, quos ſtudium Bononienſe, quod longiſſimis temporibus in ſeipſo, ſicut perfulgida ſtella emicuit, & defusâ claritate longè lateque refulſit

Bononia, vrbe illuſtri,

& academiâ Iuris Canonici & Ciuilis olim celebri,

refulsit in Iure Canonico & Ciuili & Liberalibus artibus, tamquàm agrum plenum, cui Dominus benedixit copiosâ fertilitate, produxisse hactenùs & producere. *Vt autem* maiora animarum lucra proueniant, & apud Bononienses vniuersalis Ecclesiæ status ampliùs promoueatur, Pontifex populi huius deuotis supplicationibus benignè annuens, Apostolicâ auctoritate statuit atque ordinauit, vt in dictâ ciuitate studium generale in facultate Theologicâ perpetuis temporibus vigeat. *Voluit autem* assumi expertos & idoneos in huiusmodi studiis Theologicæ facultatis, qui in Parisiensi aut aliis famosis studiis eiusdem facultatis honorem magisterij seu bacchalariatus acceperint. *Hoc facultatis Theologicæ apud Bononienses initium censeri posset, si bellicis tumultibus è voto Pontificis sedatis, felix rei optatæ successus obtigisset.*

Innocētius VI *studia Theologica erigi permittit an.* 1360.

21 *Erant Bononienses (nam belli origo paucis est indicanda) post dominatum Pepulorum ab anno* MCCCL *à Ioanne Vicecomite Archiepiscopo Mediolanensi subacti: qui edicto Pontificio Clementis* VI *perculsus fuit, ac dein inito pacto anno* MCCCLII *solutus: permissaq; illi ciuitas Bononia in duodecim sequentes annos cum pleno dominio, & regimine nomine Ecclesiæ, cum onere* XII *millia florenorum anno quolibet soluendi. Ioanne è viuis anno* MCCCLIV *sublato, successerunt illius nepotes Matthæus, Bernabos & Galeatius: tunc his Bononiam eripuit Ioannes Olegianus, veritus ne vrbis Præfecturâ à Matthæo amoueretur: hoc*

sed ob bella & vrbis obsidionē, eorum auspicium impeditur.

hoc interim extincto cùm fratres Bernabos & Galeatius dictum Olegianum Bononiensi dominatu exuere armis niterentur; is suis diffisus viribus, Bononiam Ecclesiæ in manus Albernotij Cardinalis, & Sedis Apostolicæ Legati, restituit anno MCCCLVI. *Offensus Bernabos bellum Legato intulit, Bononiam obsedit, conatus eam, sed frustrà, proditione sibi subiicere. Quare vt Legatum, ne ferrentur Bononiensibus auxilia, retardaret; varia Piceni oppida ad defectionem traxit.* Innocentius Papa *vt hominem furentem leniret, Accaiolum Comitem Melphiensem ad pacem componendam permouit, ac plenâ facultate instruxit. Pax feliciter composita est, & his legibus à Bernabone admissa, vt labente quinquennio octoginta centumúe aureorum millia annua illi ab Ecclesiâ penderentur. Pacis leges admisit* Innocentius datâ ad Albernotium epistolâ VI Idus Iulij anno Pontificatus VIII, *Christi* MCCCLX, *cùm paucis antè diebus, scilicet* XI Kalend. Iulij, *permisisset studia apud Bononienses Theologica erigi, quibus animos ciuium sperabat Sedi Apostolicæ firmiùs conciliare. Sed felix rerum exitus defuit. Desciuit Bernabos abrupto fœderis colloquio, ac varia ditionis Pontificiæ loca infestauit: alios ad rebellionem concitauit, ac periculosissimas Foroliuij & Bononiæ coniurationes, quæ tamen oppressæ sunt, conflauit. Quæ aliaque damna anno* MCCCLXI *illata sunt. At Bononienses obsessi, turmis auxiliaribus, quæ noctu intrauerant, aucti, castra Bernabonis expugnarunt: illum insuper anno* MCCCLXII *anathemate percussit* Innocentius Papa, *ipso eodem anno*

pridie

pridie Idus Septemb. mortuus. En assidua per annos singulos bella, quæ Bononiensibus initium studiorum Theologicorum impediuêre.

22 *Subrogatus* Vrbanus v, *ad audiendam condemnationis sententiam, citauit Bernabonem, vt ante primum Martij diem anni* MCCCLXIII *coràm adesset: eumque, frustrà Ioannis Francorum Regis intercessionem ad colloquium pacis implorantem, die* III *Martij hæreseos damnauit. Luit mox pœnas Bernabos, exercitu prope Bononiam cæso. Adfuisse eodem mense Martio Auenione dictum Francorum Regem, & Petrum Regem Cypri infrà cap.* XI *indicatur. Creatus iam antè erat* S. Petrus Thomasius Archiepiscopus Cretensis, *& dein ad Bernabonem, de pace acturus cum Philippo Mazzerio Cancellario Cypri & Legatis Francis missus: sed his re infectâ & desperatâ reuersis, permansit cum Mazzerio Thomasius, qui vt suo arbitrio pacis compositio permitteretur, Ducem permouit. Pax intra annum conclusa est, & signata* III *Martij anni* MCCCLXIV. *Sed in fide datâ haud satis constans Bernabos, visus est minis Ecclesiæ fœderatos terrere. Verùm & his paci inclusis aliæ* formulæ sancitæ: *ex quibus ista hîc repetenda duximus.* Tandem pro huiusmodi guerrâ sedandâ, & quæ ex illâ prouenerant & proueniebant continuò summa rerum & personarum discrimina remouenda, quamplures compositionis & pacis habiti fuerunt hinc inde tractatus: super quibus interuenientibus Inuictissimo Domino D. Carolo IV diuinâ clementiâ Romanorum Imperatore

Sub Vrbano v. S. Petrus Thomasius pacem reconciliat an. 1364.

Imperatore ſemper Auguſto & Bohemiæ Rege, ac Sereniſſimis Dominis DD. Ioanne Franciæ, Ludouico Vngariæ, ac Petro Ieruſalem & Cypri, illuſtribus Regibus, qui per eorum Ambaxiatores & litteras apud partes prædictas pro pace huiuſmodi ſæpius inſtiterunt: & deinde huiuſmodi pacis tractatum continuantibus inceſſanter Ambaxiatoribus dicti Domini Regis Cypri, videlicet Reuerendo in Chriſto Patre, Domino Petro Archiepiſcopo Cretenſi, & egregio Milite, Domino Philippo de Maſeriis, Cancellario regni Cypri, qui ad Romanam curiam propterea pluries acceſſerunt, & redierunt ab inde, prout hæc omnia aſſeruntur plurium teſtimonio eſſe vera: Demum cooperante pacis Principe, Redemptore noſtro Domino Ieſu Chriſto, partes ipſæ ſuper concordiâ & pace huiuſmodi conuenerunt, *&c. Reſciſſa ſunt acta ab anno* MCCCLIX, *quo Bernabos primùm aduersùs Bononiam copias militares duxerat. Extant publica rerum tum geſtarum monumenta apud Odoricum ex antiquis MSS. potiſſimùm Vaticanis: quibus* Acta S. Petri Thomaſij *accuratiſſimè conſentiunt: in quibus cap.* 12 *num.* 69 *dicitur* Barnabous nec hominem reueritus, nec Deum timuiſſe, precibus Imperatoris, Regis Franciæ, Regis Vngariæ, Regis Apuliæ & nonnullorum Magnatum & Comitum non acquieſcendo, & minas illorum paruipendendo, ad vocem vnius Patris factus Eccleſiæ obediens, & de peccatis perpetratis

perpetratis pœnitens, tantùm Patre laborante & Deo confirmante. Modò ad Cardinalem, modò ad Barnaboum reuertebatur: inde ad Curiam Romanam ad pacem confirmandam. PósteàBononiam venit cum infinitis laboribus, expensis & periculis infinitis. *Hæc pericula cap. 13 longè fuseq́; enarrantur, ac tandem quidam Legum Doctor veniam ab eo publicè petiit nomine populi, è quo multi in eius mortem conspirarant.* Et ab illâ horâ, *inquit Mazzerius*, tanta tranquillitas & obedientia in ciuitate fuit, quòd ad vocem Patris mei vnanimiter omnes obediebant cordialiter. Nam illâ die custodiam liberalem, claues ciuitatis, castri eius, & claues centum viginti castrorum in manu meâ vice Patris mei liberè tenebam, & regebam ... Aliquo verò tempore transacto, & Patre meo sapienter in pace & sine murmuratione ciuitatē & castra in honorem Ecclesię gubernante, Legatus Cluniacensis Bononiam & terras Ecclesiæ pro parte Papæ recturus & gubernaturus, Bononiam venit; & præcepto Patris mei claues ciuitatis & castrorum, cum magnâ lætitiâ & honore Regis Cypri & commendatione Patris mei, sibi dedi. *Narrato dein cap. 14 eius ad Venetos accessu, & belli subsidio procurato, addit* versùs Curiam iter arripuisse, *vbi à* Cardinalibus & amicis sicut Angelus Dei receptus fuit, Papa ipsum dulciter vidit, labores & opera laudauit, commendauit & approbauit ... Patriarchatum Constantinopolitanum dedit, & Le-

Bononiæ præfecturā suscipit.

eam tradit Androino Cardinali.

& Legatum Apoſtolicæ Sedis ordinauit.

primus à Fundatoribus Theologicæ facultatis agnoſcitur

23 *Hæc de pace procuratâ vrbi Bononienſi operâ* S. Petri Thomaſij, *cuius aliud beneficium prædicant ciues, agnoſcentes eumdem primum ex Fundatoribus ſacri collegij Theologorum Bononienſium, qui ideò Dominicâ ſecundâ poſt Epiphaniam Domini, quando apud Bononienſes annuum feſtum S. Petri celebratur, interſunt ſolenni Sacrificio Miſſæ & concioni, quam aliquis Orator Ordinis Religioſi, non Carmelitani, habet in templo S. Martini Maioris, quod ab anno* MCCXCIII *pertinuit ad Fratres S.* MARIÆ *de Monte Carmelo. Ita Antonius Maſinus in Bononiâ perluſtratâ.* Decretum Innocentij VI, *de quo ſuprà actum, bellicis hactenùs tumultibus impeditum, tandem pace reductâ robur ſuum obtinuit, euocatis vndequaque ad ſtudium auſpicandum Theologicæ facultatis viris clariſſimis: quorum in antiquo Codice Collegij Theologorum Bononienſium catalogus texitur, ac poſt Decretum Innocentij traduntur iſta:* Huius rei famâ per vniuerſum volante, tempore Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Androini Cardinalis Cluniacenſis, Bononiæ & in ciuitatibus Eccleſiæ in Italiâ conſtituti Apoſtolicæ Sedis Legati, atque Venerabilis in Chriſto Patris & Domini, D. Aymerici Bononienſis Epiſcopi, noſtræ ſacræ Theologiæ facultatis digniſſimi Cancellarij, ad fundandum & inchoandum Bononienſe ſtudium Theologicæ facultatis ex diuerſis mundi partibus huc acceſſerunt viri ſacræ Lectioni deditì, & in lege Do-

mini eruditi, Doctores vtique Theologi, scientiâ, moribus & virtutibus insigniti, quorum Magistrorum nomina digna memoriâ sunt ista. *cum 8 collegis:*
Magister Petrus Thomas, natione Aquitanus, tunc Dei gratiâ Patriarcha Constantinopolitanus, Ordinis S. MARIÆ de monte Carmelo miraculis clarus. 2 Magister Vgolinus de Vrbeueteri, Doctor acutissimi ingenij, Ordinis Eremitarum S. Augustini. 3 Magister Franciscus Adriani Bononien. vir Angelicæ vitæ Ordinis Minorum. 4 Magister Thomas de Paduâ, Textualis eximius & eloquentiâ clarus, Ordinis Carmelitarum. 5 Magister Thomas de Fregnano de Mutinâ Doctor vtique moribus insignitus, & fidei zelator intrepidus Ordinis Minorum. 6 Magister Petrus monachus Cluniacensis, D. Cardinalis Cluniacensis Auditor & socius commensalis. 7 Magister Ioannes de Podio Doctor speculatiuus & hæreticorum malleus, numquàm fessus, Ordinis Prædicatorum. 8 Magister Bonauentura de Paduâ, vir tam diuinarum, quam secularium litterarum Commentator præfulgendus Ordinis Eremitarum. 9 Magister Ludouicus de Venetiis, vrbanæ eloquentiæ Pater, nec habens quidquam rusticitatis admixtum, Ordinis Minorum. Hi omnes, veluti nouem Musarum imitatores almam Theologorum facultatem & Vniuersitatem instituêre: quorum omnium Antesignanus est Dominus Petrus Thomas Ordinis B.

MARIÆ

MARIÆ de Monte Carmelo. *Hæc ex peruetusto Codice Thomas Saracenus de Bononiâ num.* 13 *Vitæ S. Petri Thomæ & ex ipso Lezana ad an.* 1364 *num.* 13. *Eumdem Catalogum referunt Waddingus in Notis ad Vitam eiusdem num.* 14 *& Vghellus in Episcopis Bononiensibus, vbi asserit suprà memoratum Aymericum, antè Episcopum Volaterranum, ad Ecclesiam Bononiensium translatum fuisse* XII *Kal. Nouemb. & die Sanctis omnibus sacrâ anno* MCCCLXI *obtenti Episcopatus curam aggressum, annis* XX *eam Ecclesiam gubernasse.*

24 *Huius ergo tempore & suprà relata pax conclusa fuit à* S. Petro Thomâ, *& cœptum studium Theologicum: siue tunc ante abitum suum (nam nulla reditus ad Bononienses alibi mentio fit) Lectiones Theologicas auspicatus sit, necdum Patriarcha Constantinopolitanus: siue potiùs ad eam dignitatem promotus, Bononiæ substiterit, ac Patriarcha Theologicæ inaugurationi præfuerit, dum aut Auenione Venetias mitteretur, aut hinc Genuam ad pacem conficiendam abiret, aut certè Venetiis, cùm Regis Cypri aduentum expectaret, Bononiam inuitatus venerit. Apud memoratum Ioannem Grossum Ordinis Generalem, & apud auctorem Appendicis ad Vitam num.* 3 *dicitur* iste B. Petrus Vniuersitatem Bononiensem, cùm aliis ibidem registratis fundasse primitùs in facultate suâ, scilicet in sacrâ Paginâ siue Theologiâ. *Ex aliis Magistris duo celebriores sunt,* Thomas de Fregnano, *siue* de Farignano, *Mutinensis, dein Generalis Ordinis Minorum anno* MCCCLXVII *electus,*

ctus, ac sexennio muneris sui finito creatus Patriarcha Gradensis, posteà Cardinalis S. R. E, & Episcopus Tusculanus renuntiatus, diem extremum obiit anno M- CCCLXXXI, *adscriptus Martyrologio Franciscano Arturi à Monasterio ad* XIX *Nouembris. Alter est* Bonauentura de Paduâ *Ordinis Eremitarum S. Augustini, quorum Generalis electus anno* MCCC- LXXVII, *præfuit annis* VIII, *tum creatus etiam Cardinalis S. R. E. vixit ad annum* MCCCXC, *quo per occultum sicarium sagittâ transfixus interiit* X *Iunij, & quòd ob Ecclesiæ libertatem, cuius strenuus propugnator erat, occisus credatur, martyrio coronatus à pluribus dicitur. Inter alios ab se editos libros, reliquit Commentarium in* IV *libros Magistri sententiarum, hinc suprà* Commentator præfulgendus *nominatur.* *Ex collegis Cardinales facti Thomas de Fregnano, & Bonauentura de Paduâ,* *Martyr habitus.*

25 Multos libros Catholicè & ingeniosè à S. Petro Thomâ conscriptos *testatur Baptista Mantuanus in Apologiâ pro Carmelitis. Lezana ad an.* 1366 *num.* 9 *hos recenset :* De Conceptione beatæ Virginis MARIÆ lib. vnum : in Magistrum sententiarum lib. quatuor. Sermones varios, librum vnum. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Definitiones formalitatum lib. 1. Extat Manuscript. in Collegio Balliolensi Oxonij in Angliâ cum huiusmodi nota: De definitione formalitatum à Fr. Petro Thomæ lib. 1. Item de Esse intelligibili Manuscript. in Academiâ Cantabrigiæ lib. 1 prout colligitur ex Catalogo Thomæ Tames Angli, prænotato Ecloga, impressa *Libri à S. Petro conscripti.*

pressa Londini 1600. *Hæc Lezana. Trithemius ab eo scriptos* Sermones varios lib. 4 *asserit. At* Librum de Conceptione B. MARIÆ *cum* epistolâ de Alexandriâ captâ & relictâ *refert infrà citandus Arnoldus Bostius. Inter acerrimos Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis defensores referunt* Petrum Thomam *Bernardinus de Busto Minorita in suo Mariali sermone 4 de Conceptione par. 3 & Ferdinandus Quirinus de Salazar Societatis Iesu de Immaculatâ Conceptione cap. 42 seculo 15.*

Immaculata Conceptio B. MARIÆ defensa.

§ V

Genus mortis S. Petri Thomasij. Cultus sacer.

26 *QVo mortis genere miseram hanc vitam cùm æternâ felicissimâque S. Petrus commutârit, plurimùm inter scriptores disceptatur. Alij Alexandriam studio Christianæ religionis propagandæ profectum asserunt, ibidemq; à Saracenis, post multa ludibria, ad palum alligatum, ac telis confixum multis vulneribus expirasse: corpus sauciatum dein in insulam Cyprum delatum fuisse, & in Famagustano Ordinis Carmelitani conuentu sepultum. Sed quia hæc nullo nituntur fundamento, vltro vel obiter Actis antiquis inspectis, vt subdititia falsaûe apertæ veritati cedunt. Alij ergo cùm Alexandria à Rege Cypri interciperetur,*

Martyrio à quibusdam scribitur coronatus in expeditione Alexandrinâ:

caperetur, telis seu lanceu Saracenorum tradunt confossum, ac vulneribus inflictis semiuiuum Famagustam delatum, diem extremum obiisse. Verùm & hanc relationem nimis à vero remotam esse mox constabit. Alij solùm dicunt bello adueniente à telis volantibus vulneratum, dein à reditu accedente febri extinctum. At nullo prorsus vulnere accepto, illæsum singulari Dei beneficio conseruatum fuisse, videtur Philippus Mazzerius, qui lateri eius tunc temporis adhærebat indiuiduus socius, satis clarè indicare. Is cap.16 expeditionem Alexandrinam accuratè describit, & hæc de S. Petro num.95 interserit : Diffinitum fuit horâ tertiarum in terram descendere debere, & bellum Dei incipere. Qui tunc vidisset Patrem meum. . . super eminentiorem locum galeæ nostræ stantem, Crucem cum ligno Domini in manibus tenentem, & exercitum à dextris & à sinistris benedicentem . . . Sed bello adueniente & sagittis pluentibus timuit ire ? Certè, Non. Nouit Deus, faciem eius mutatam, nec aliquod signum timoris nec in mari nec in terrâ vidi in eo : & tantum ardorem descendendi in terram habebat, quòd à sagittis infinitè volantibus cooperire se cum clypeo, me pluries admonente, nolebat.. .. Tanta multitudo sagittarum super Christianos tunc cadebant, sicut pluuia super terram. Sed contra consuetudinem humanam, Deo defendente, paucos & quasi nullos lædebant. *Hæc testis oculatus, qui coràm singula verba, constantem vultus colorem, & quoscum-*

expeditio eà verbis Mazzerij indicatur,

absque vllius læsionis vestigio.

quoſcumque nutus geſtuſq́; S. Petri obſeruabat : ac poſteà maximam eorum partem, quam ad poſterorum notitiam cenſebat aptiorem, ſcripto tradidit. An ergo, ſi vidiſſet eum grauiter vulneratum, *aut* vulneribus multis inflictis & telis confoſſum, *ſilentio inuoluiſſet? Quidni, cùm dicat,* Deo defendente, quaſi nullos *ex tantâ militum, ac plurimorum impiorum & blaſphemorum, multitudine* læſos, *hunc virum Dei, in cuius laudem ea omnia ſcribit, prorſus excluſum voluit? Certè ſi ſagittæ aut capillos eius tetigiſſent, aut veſtem periculoſâ ſciſſurâ laceraſſent, non omiſiſſet inuictum eius animum verbis aptis ſignificare. At ſi grauia vulnera ei inflicta vidiſſet, quomodò & ſuam potuiſſet ſolicitudinem ſupprimere, & heroicas ab illo inter vulnera exercitas virtutes tacere, & in iis deſcribendis non hiſtorica præcepta implere? Sed ex iis, quæ poſteà euenêre, conſtantem valetudinem eius abſque vllo aut morbi, aut vulneris veſtigio fuiſſe conſtat.*

S. Petrum ſanum & illæſum fuiſſe indicant, quæ ab eo mox facta ſunt Alexãdriæ.

27 *Narrat dein Mazzerius eodem capite Chriſtianos è nauibus excendiſſe, Saracenos primò in vrbem, tum eâ relictâ versùs Babylonem fugiſſe: captam à Chriſtianis Alexandriam, ac mox recuſantibus militibus remanere, derelictam, fruſtrà ad conſtantiam eos hortante B. Petro: qui* Cruce præcedente cum Rege ciuitatem intrauerat. Sed væ, væ, væ! *inquit auctor,* quomodò dolorem Patris mei & meum, nec non vituperium Chriſtianorum narrare incipiam? ... Qui tunc Patrem meum Legatum dolentem, lacrymantem, & quaſi deſperatum

ratum in cælum clamantem, & vt remanerent milites admonentem vidisset, & ipsos renuentes audisset; certè de scandalo fidei Catholicæ doluisset. Quomodò honorem Dei, vtilitatem Christianorum, & Ierusalem iam acquisitam in retentione Alexandriæ clarè ostendebat: & damnum & vituperium Christianis inde secuturum, ipsam relinquendo, infinitis argumentis demonstrabat: *Cùm dein classis in reditu tempestate iactaretur,* Pater meus, *inquit*, mihi quotidie dicebat: Ista fortuna, est Dei vindicta, quia relicta est Alexandria ... Mira res, nam fortunâ intumescente & nemine se posse iuuare, Pater meus tactus dolore, epistolam ad Papam & Imperatorem manu propriâ scripsit, & ad finem vsque perduxit. *Nonne hæc hominis benè valentis certa signa sunt? Quidni vt* tactum dolore *ob Alexandriam relictam, ita vulnere saucium, aut impeditiorem dixisset? In Epistolâ cap. 17 relatâ, admodùm longâ & accuratè scriptâ, nulla vllius in proprio corpore vulneris accepti mentio fit.* Si me, *inquit B. Petrus*, Dominus in amissione rerum temporalium aut amicorum morte; aut in afflictione proprij corporis flagellasset; sustinuissem æquanimiter. *En se nihil passum esse clarè eloquitur. Post reditum in Cyprum, vti c. 18 narratur,* Legatus artem suam recepit, & ad gratiarum actionem Regem & omnes admonuit, processionem vniuersalem ordinando & ibi prædicando ... Tunc à Rege vt ad summum Ponti-

inter nauigandum in reditu,

Nicosiæ in Cypro.

ficem iret rogatus libenter annuens, & Regi valefaciens nauigauit. *Et hæc certißima hominis, non grauiter læsi, sed optimè valentis sunt indicia.*

28 *Cùm* Famagustæ ad viam Curiæ Romanæ se præpararet, in Natiuitate Christi, indutus Pontificalibus, Matutinas ac tres Missas solennes cum notâ festiuè celebrauit: & eundo ac redeundo in magno luto, frigore tactus se alteratum sensit, & de hoc non curauit. *En initium morbi quàm accuratè indicatum! Interim* personæ suæ iam tactæ non parcens, nudis pedibus in magno luto extra ciuitatem iuit, ibique in Pontificalibus & nudis pedibus super lapidem stans, Missam solennem celebrauit. *Sequentibus diebus* aggrauatus Missam quotidie celebrabat, & infirmitatem suam quasi occultare suis videbatur, *dum* febris eum fortiter arripuit. *Hinc morbus è quo deceßit, non ex vulnere aliquo antè accepto; cuius neque ibi, neque cap. 19, 20 & 21 vlla mentio. At tandem cap. 22 in Epilogo scriptoris* encomia S. Petri *proferuntur, & dicitur* magnus & laudabilis Præsul; maximus Patriarcha, magnus Dei Propheta, verè Apostolus Dei. *His expositis, non trepidè addit auctor:* Martyr Dei, si fas est dicere. *Quæ verba in sequentibus intelligenda sunt.* Quoties proprium corpus martyrio exposuit, superiùs clarè ostenditur, *dum Catholici Cyprij, ob periculum ex tumultu Schismaticorum exorto intrepidè toleratum,* Martyrem voluntarium *reputauerunt. In quo sensu progreditur Mazerius*

Prima morbi eius occasio Famagustæ data;

Martyrij opinio vnde nata?

zerius in dicto Epilogo, subintelligens semper ista verba præposita, si fas est dicere. In conflictu igitur, *inquit*, & captione ciuitatis Alexandriæ vulneratus inimicorum telis obiit. *Hinc liberè* Martyr *à nonnullis pronuntiatur*, *vt qui*, dum religionis Catholicæ propagandæ, & contra infideles propugnandæ conatu fortiùs instaret, telis infidelium vulneribus multis confossus *expirauit. Verùm Mazzerius simili phrasi suprà dixit*, in retentione Alexandriæ acquisitam iam esse Ierusalem: *quòd scilicet spes magna affulgeret etiam Hierosolymæ tam procùl dissita acquirendæ, vt iam acquisita videri posset. Ita asserit* S. Petrum Thomam, *vt potuerit & grauiter vulnerari, & ex vulneribus mortem obire, etiam repentinam, se periculis manifestis exposuisse. Sed hæc* extortè nimis dici *forsan obiiceretur. Num ergo in portu Alexandrino inimicorum telis verè occisus mortem oppetierit? An reliqua deinceps præclarè facta falsò à Mazzerio ei adscripta sunt? An potiùs resuscitatus à morte, quod hactenùs omnes ignorarunt, ea peregit? Sed alia huc spectantia adduntur:* Si fas est dicere (*nam ea verba auctor repeti cupit*) Martyr igitur & voluntate & facto fuit. *Ac primò* Martyr voluntate fuit, *dum zelo diuini amoris flagrans, vt Christi Redemptoris vestigiis insisteret, in contemplatione inter ardentiora suspiria, quantum in ipso erat, plurima, quantumuis atrocia, pati, ac sanguine effuso laureolam martyrij consequi desiderauit. Dein etiam* Martyr facto *censendus est, dum media ad matyrium consequendum aptiora ad-*

hibuit, dum periculum subiit non tantùm vulnerum sed carcerum, tormentorum & atrocissimæ necis pro fide Christianâ patiendæ, si ipse Legatus Apostolicus, qui ad vrbis Alexandrinæ expugnationem visus fuerat Cruce prælatâ alios excitasse, in crudeles Saracenorum manus incidisset.

29 Non ideò S. Petrum pronuntiauit Martyrem Ioannes Camerssonus Doctor sacræ Theologiæ, ac Minister Prouincialis Fratrum Minorum in Terrâ sanctâ, dum in oratione funebri de S. Petro coram Archiepiscopo Nicosiensi & frequenti populo eumdem sæpiùs Sanctum cum omnium admiratione nominauit. Ioannes Grossus, qui viuo adhuc Petro forsan Carmelita vixit, anno dein MCCCLXXXIX electus Generalis, lib. 2 Viridarij Sanctos Ordinis sui enumerat, & S. Angelum, qui à nefariis interemptus obierat, Martyrem nominat: at nullam prorsus vllius martyrij aut vulneris inflicti mentionem facit, dum Petri Thomæ encomium profert, eumq; Sancti titulo cohonestat. Festum dein eiusdem Sancti in Ordine Carmelitico solitum fuit celebrari sub ritu Confessoris Pontificis: vt omnia ante seculum hoc XVII excusa Missalia, Breuiaria, Kalendaria, etiam ex præcepto Capituli Generalis Romæ habiti edita, vnanimem omnium consensum attestantur. At nuper sub annum MDCIX innouatus ritus est, & cultus Martyris & Pontificis introductus. Florebat eo tempore apud Carmelitas sacræ Theologiæ Doctor Thomas Saracenus de Bononiâ, sanctæ Inquisitionis Consultor, quem in veneratione S. Petri Thomæ apud Bononienses promouendâ plurimùm laborasse

Antiquus cultus Confessoris Pontificis.

laborasse testatur in suprà memoratâ Bononiâ perlustratâ Masinus. Conscripsit Saracenus circa annum MDCXXVII *Menologium Carmelitarum, &* S. Petrum Thomam *num.* 17 *Vita ait* Alexandriam appulisse, vbi pietatis & Catholicæ officia fidei maximo cum sensu exercere cœpit, & Alexandrinos ciues beneuolos ad se attraxit, conciliauitque: verùm à Saracenis irruentibus ad palum alligatum, ac telis infidelium mille vulneribus affectum obdormiuisse. *Et hanc tunc de morte eius apud Italos opinionem fuisse satis innuit his ibidem adiunctis verbis:* Dum hæc Bononiæ meditaret, R. Prouincialis Turoniæ retulit mihi in MS. Cancellarij regni Cypri extare, D. Petrum Thomam sagittis quidem confossum, sed vulneratum diu superuixisse. *Quæ opinio ab eo tempore cœpit apud plurimos inualescere, & varia conquisita exempla ad probandum, hoc sufficere vt Martyr dicatur, quamuis non in strictissimâ significatione, atque vt talis* officio Ecclesiastico Martyris Pontificis *colatur. Illustrauimus ad* XIV *Ianuarij Acta* S. Felicis Presbyteri Nolani, *qui multos quidem pro fide Christi cruciatus passus est, non iis tamen immortuus, quin adeò incolumis plures annos superstes vixit. Hunc plurimi* Confessorem *statuunt, at S. Paulinus aliique* Martyrem *appellant, & sub ritu* Martyris *colitur in Breuiario Romano.*

30 *Ioannes Baptista de Lezanâ tomo 2 Annal. ad an. 221 num. 2 occasione mortis S. Zephyrini Papæ addit, de B. Petro* Thomâ, quandoque sub

Confessoris, quandoque verò sub Martyris titulo, etiam Sede Apostolicâ plaudente, officium celebrari: eumque, etsi violentâ morte extremum diem non clauserit, vt propereà meritò solùm inter Confessores censeri debeat, maiorum tamen consuetudine perspectâ, ideò Martyris quoq; nomine insigniri meruisse, quia pro Ecclesiâ multa perpessus fuit, laboresque tolerati creduntur ipsius mortem accelerasse. *Aliquorum iudicio hæ etiam pro martyrio videntur adferri posse rationes. Primò quia à Mazzerio dicitur* inimicorum telis vulneratus, Martyr Dei, Martyr & voluntate & facto. *Quæ verba suprà exposuimus. Ea de vero martyrio intellecta volunt à S. Petri discipulo Ioanne Hildeshemio, qui in memorato suprà Dialogo contra detractores ista habet:* In expugnatione Alexandriæ Paganorum telis vulneratus, & ad Cyprum reductus interiit, clarus miraculis, Martyr gloriosus. *Quæ Hildeshemij verba describunt Balduinus Leersius in Collectaneo exemplorum, & Arnoldus Bostius par. 3 Breuiloquij. Verùm hic auctor in libro de Patronatu* B. MARIÆ *suam mentem clarè indicat, dum* Martyrem studio, Martyrem laboribus, *at* Confessorem professione, Confessorem officio *appellat. Ioannes Paleonydorus lib. 3 Antiquitatis Carmelitanæ cap. 12 scribit* Legatum factum in Alexandriam, vulneratum infidelium telis in Famagustâ Cypri migrasse ad Christum. *Secuti plures, quorum aliqui* telis confossum Alexandriæ Martyrem obiisse

Rationes pro martyrio à nonnullis allatæ.

iisse *dixerunt. Odoricus Raynaldus ad an.*1359 *num.* 18 *ista habet*: Perfunctus est adeò egregiè contra Turcas Apostolicâ legatione, vt creatum posteà ab Vrbano Legatum in Cruce signandò exercitu aduersùs Ægyptios, & in Alexandriâ expugnandâ gloriosissima pro Christo vulnera accepisse visuri sumus. *Verùm idem Odoricus ex Mazzerio narrat an.* 1365 *num.* 19 *vrbis Alexandrinæ expugnationem, & an.* 1366 *num.* 17 *&* 18 *piam S. Petri mortem, nullâ factâ aut martyrij aut vulnerum acceptorum mentione. Waddingus in Notis ad Vitam S. Petri num.* 2 *suspicatur martyrij opinionem exortam, quòd* exemplar quoddam Gallicum huius Vitæ àliquis corruperit, ponens ad marginem in bello Alexandrino fuisse infidelium telis plurimis confossum, & posteà Famagustæ vulneribus adhuc recentibus obiisse. *Huic coniecturæ fauet Lezana ad an.*1366 *num.* 8, *asserens* in codice Vitę eiusdem, quem apud se habebat, ex Galliarum partibus transmisso, dici: quòd antequàm à vulneribus in obsidione & captione Alexandriæ acceptis sanus esset, mortis infirmitas ipsum arripuit. *At quo tempore, quoue auctore hæc scripta Vita sit, non indicatur.*

31 *Natalis S. Petri celebratur* VI *Februarij, quo mortuus est, in MS. Florario Sanctorum his verbis:* Apud Famagustam ciuitatem Cypri, B. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani & Doctoris percelebris, Carmelitici Ordinis Professoris. *Natalis 6 Februarij.*

fessoris. Hic post plures conscriptos libros ac patrata miracula, die ac horâ à se præsignatis, feliciter obdormiuit anno salutis MCCCLXVI. *Hermannus Greuen Carthusianus Coloniensis in Additionibus ad Vsuardum anno* 1515 *&* 1521 *editis, & Petrus Canisius in Martyrologio Germanico anno* 1573 *excuso*: Apud Famagustam ciuitatem Cypri, B. Petri Thomasij, Patriarchæ Constantinopolitani, Ordinis Carmelitarum, qui vitâ, doctrinâ miraculisque clarus, tempore Caroli IV horâ à se prædictâ, quieuit in pace. *Hoc eum elogio celebrat Ioannes Molanus in suis ad Vsuardum additionibus anno* 1568 *primâ vice excusis*: Apud Famagustam ciuitatem Cypri, B. Petri Thomasij, Patriarchæ Constantinopolitani, Doctoris percelebris: qui post plures de sacræ Crucis inimicis victorias, postque plures conscriptos libros ac patrata miracula, die ac horâ à se præsignatis feliciter obdormiuit. *Paria habent Petrus Galesinius in Notationibus ad Martyrologium, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, Octauius Caietanus in Ideâ Sanctorum Siculorum, absque vlla omnes Martyrij mentione. Verùm, quòd sextus Ianuarij dies solennitate Epiphaniæ Domini impediatur, Bononienses Academici, qui S. Petrum Thomasium primum è Fundatoribus Theologicæ facultatis agnoscunt, proximâ post Octauam Epiphaniæ Dominicâ, vt suprà dictum, solenni veneratione annuum festum eius celebrant: cui ex indulto Apostolico Pauli V. vniuersus Carmelitarum Ordo diem*

cultus Dominicâ 2 post Epiphaniam, & 29 Ianuarij.

XXIX *Ianuarij dicatum habet.*

32 *Patrocinium S. Petri & Famagustæ & in diuersis Orbis terrarum locis solitum implorari contra morbum epidemiæ scribunt Bostius, Palæonydorus, & ex antiquo Ordinis Breuiario Saracenus, aliiq; Quam autem ipse, hac lue infectâ insulâ Cypro, diligentiam adhibuerit, eamque non absque miraculo auerterit, infrà cap. 10 indicatur.* *Patrocinium contra pestem.*



VITA
S. PETRI THOMASII

auctore Philippo Mazzerio, regni Cypri Cancellario,

ex codice MS. nostro ad XXIX *Ianuarij à nobis edita, ac denuo collata cum altero MS. R. P. Danielis à Virgine* Maria, *Prouinciæ Belgicæ Ordinis Carmelitani Exprouincialis.*

PROLOGVS AVCTORIS.

1 B ortu ſolis vſque ad occaſum laudabile nomen Domini: quia mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Nouiſſimo verò mundo adueſperaſcente & in maligno

gno posito, mirabilis & verè benignus ipse Dominus Deus in Fratre Petro Thomæ ordinis B. MARIÆ de Monte Carmeli, Reuerendissimo Patriarchâ Constantinopolitano, ac sanctæ Sedis Apostolicæ Legato pro sancto passagio: per quem Deus voluit illuminare Ecclesiam suam militantem, maximè Orientalem, in virtute luminis intemeratæ fidei Catholicæ, & exaltatione sanctæ Crucis. Et, ne tantum lumen temporibus nostris exortum, in istis partibus Orientalibus in regno Cypri sub modio abscondatur, ad excitationem deuotionis fidelium Catholicorum, in laudem Dei, eiusque genitricis gloriosæ Virginis, & honorem sanctæ Crucis, cuius mysterium idem gloriosus Patriarcha triumphanter prædicauit, ego Cancellarius Cypri quamuis indignus, & heu magnus peccator, qui sanctam eiusdem beati Legati vitam clarè cognoui, in Domino Iesu & inter omnes homines huius mundi, &, si fas est mihi dicere, super omnes ab ipso specialiter magis dilectus; omni carnali affectu postposito, zelo eius sanctitatis accensus, ac piè coactus, de gratiâ Domini mei Iesu Christi Virgine gloriosâ inspirante, & beato Patriarchâ Patre meo reuerendissimo & amantissimo, cuius amore langueo, adiuuante, felicem cursum tanti Legati Apostolici ad brauium, quod nunc obtinet, nec ambigo, & aliqua mirabilia & miracula Dei de multis per ipsum in luce radiantia,

Auctor S. Petro vnicè carus,

diantia, planâ narratione inferiùs describens declarabo. Cuius laudabilis vitæ tanti Patris veritatem partim àb ipso secretiùs habui, partim à personis authenticis & fide dignis. Et quod audiuimus & vidimus, oculis nostris quoque perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo hoc, & vitâ eiusdem Patris manifestâ, quam vidimus, testamur & annuntiamus vobis fidelibus Christianis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum in odorem tanti Legati plenum sit in Christo Iesu Domino nostro.

vnde habuerit quæ scribit.

CAPVT I.

S. Petri patria, institutio, vita monastica, doctrina.

2 Pater verò meus amantissimus de *a* Linguâ-Occitanâ, Ducatu Aquitaniæ, *b* Petragorensi prouinciâ, villâ quæ dicitur *c* Sâlinosa de *d* Thomas, diœcesis *e* Sarlatensis, erat oriundus, & de parentelâ inferiori. Pater suus *f* massarius & terrarum non suarum cultor, animaliumque nutritor in gradu suo pauperrimus, duos filios videlicet Petrum Thomæ & vnum alium, atque vnam filiam habebat. Mortuo autem vno filio, remanente Petro Thomæ cum sorore suâ, in anxietate paupertatis remanserunt.

a b S. Petrus in Aquitaniâ c d e f parentibus pauperibus ortus.

manserunt. Sed videns iuuenculus Petrus paupertatem patris & domus propriæ, à Deo inspiratus patrem reliquit, matrem, & sororem: & iuit in vnum castrum vocatum g Mampesier, ibi quærendo panem pro Deo & sustentatione vitæ, semper eundo ad scholas: & in breui tempore taliter studuit, quòd satis citò effectus fuit doctor puerorum. Aliquibus verò temporibus reuolutis, venit in ciuitatem h Agennensem, ibique multis annis studuit in Grammaticâ, Logicâ, & Dialecticâ, semper nutritus de eleemosynis & labore proprio. Legebat enim scholaribus prouinciæ Grammaticam, & posteà Logicam vsque ad vicesimum annum ætatis suæ, à Deo semper prouisus de vitâ, nec in totâ vitâ suâ à patre vel domo propriâ vnquam habuit valorem viginti florenorum.

mendicando studet:

g docet pueros elementa,

h Grammaticam, & Logicam.

3 Prior autem Conuentus cum Lectore B. Mariæ de Carmelo videns dictum puerum Petrum habilem, duxit eum in i Lectoriâ, & stetit ibi per annum docens pueros in Grammaticâ & Logicâ. Quo facto Prior k Condomij eiusdem religionis videns ipsum, & admirans eius subtilitatem & sanctam conuersationem, duxit eum ad conuentum Condomij, & induit eum habitu Fratrum ordinis B. Mariæ de Carmelo: ibique faciens professionem docuit Fratres iuuenes per duos annos. Tunc Ordo videns sufficientiam suam & deuotionem,

i

k

Fit Carmelita.

ordinauit quòd legeret in ciuitate Agennensi Logicalia, ibique audiuit Philosophiam, & stetit ibi per tres annos, & factus est *l* Sacerdos, mundus carne ab omni spurcitiâ iuuenili, ac feruens in ardore deuotionis intemeratæ Virginis MARIÆ, agonem suum sine intermissione ei recommendans.

Sacerdos:
l
D. Virginē piè colit:

4 Aliquo tempore transacto peruenit ad tantam *m* paupertatem, quòd vix poterat habere vestes, candelas, aut oleum, aut alia parua necessaria: nihilominùs tantam deuotionem à pueritiâ in gloriosam Virginem habebat, & ei ita deuotè seruiebat, vt factum est quòd fraudari à desiderio non poterat. Tandem ipso semel existente post matutinas in dormitorio, & cogitans ad paupertatem suam, orando beatam Virginem MARIAM pro adiutorio, fortiter timens ne studium propter paupertatem perderet; eadem horâ Virgo MARIA visibiliter sibi vigilanti & per dormitorium ambulanti apparuit, ipsum accipiens per cappam, & ducens per dormitorium, sibique dixit: Fili mi, ne dubites de paupertate, quia te non deseram: fortiter studeas, & seruias filio meo & mihi. Quo dicto beata Virgo MARIA ab oculis eius euanuit. Adueniente summo manè Frater Petrus celebrauit Missam de Virgine MARIA, gratias sibi referendo de promissione. Missâ verò dictâ affuit vnus *n* Miles de patriâ illâ, cuius nomen dedi obliuioni; qui Miles dixit Fratri

m
ab eâ recreatur promisso leuandæ paupertatis subsidio,
n

tri Petro: Volo vobis confiteri. Confessione autem factâ Miles dedit sibi *o* quindecim regales auri. Et ab illâ die in posterum numquàm habuit paupertatem. Quod miraculum secretissimè ac deuotissimè in laudem Virginis mihi peccatori indigno per caritatem reuelauit, & aliqua alia magnalia de ipsâ Virgine, quæ propter leuitatem meam, teporem, frigiditatem, imò iniquitatem de memoriâ suâ (heu!) euolauerunt. Vtinam misereatur mei ipsa Domina mea! *quod postridie accipit:* *o*

5 Ordo verò suus ordinauit, quòd in conuentu Burdegalis legeret Logicam nouam, quod & fecit per vnum annum. Tunc ordo suus iterum posuit eum in *p* Albiâ, & legit naturalem philosophiam, & hoc per annum. Et iterum legit Agenno per annum Physicam. Tunc ordinauit ordo quòd iret Parisios. Et postquàm intrauit Religionem, numquàm dormiuit sine tunicâ & scapulari, nec super plumam. Ipse autem stans Parisius mirabiliter profecit, & stetit Parisius per tres annos, & reuersus est in prouinciam suam, & factus est Lector *q* Cathurcij, & mirabiliter incepit prædicare. *docet variis locis philosophiam:* *p* *q*

6 *r* Ipso autem existente in Cathurcio, accidit quòd quadam æstate tanta siccitas fuit in Cathurcio, quòd omnes fructus peribant, fiebatque quotidie processio ab omni Clero & populo ad impetrandam pluuiam. Tunc ordinatum fuit, quòd Frater Petrus Thomæ præ- *r* *tempore siccitatis,*

dicaret ſtatuto die. Die verò ordinatâ Frater Petrus totum Clerum & populum duxit extra ciuitatem per mediam leucam proceſſionem faciendo, & ibi incepit ſermonem ſuum; primò populum deuotiſſimè confortando, omnibus ſecurè promittens pluuiam, & quòd in gloriosâ Virgine tantam ſpem ponerent, & haberent illo die pluuiam. Ipſo autem prædicante, nullâ apparente in cælo, nec aliquo ſigno pluuiæ, ſed Deo cooperante, & Virgine glorioſâ intercedente, antequàm ſermo finiretur, incepit pluere paullatim, & tantum pluit quòd vix potuit populus reuerti ad ciuitatem, propter abundantiam pluuiæ. Illo miraculo viſo, illi de ciuitate & prouinciâ reputabant ipſum Fratrem Petrum ſanctum, & etiam propter vitam & conuerſationem ſuam mirabilem. Tunc ipſe ab illâ horâ quæſiuit occaſionem recedendi ab illâ prouinciâ propter honorem, quem ſibi faciebant, omnem gloriam humanam abominando. In Cathurcio autem ſtêtit legendo, prædicando, & mirabilia faciendo per tres annos, & *ſ* reuerſus eſt Pariſius, ibique ſtuduit per quatuor annos, & factus eſt *t* Bacellarius in Theologiâ.

in concione

promittit pluuiam ope D. Virginis, & impetrat:

habetur ſanctus:

fugit honorem:

fit Baccalaureus Theologiæ.

ſ

t

a Lingua-Occitanâ, & Lingua-Occitania *in antiquis actis & diplomatis auo S. Petri datis appellatur, quæ vulgò* Languedoc, *quòd hi populi affirment voculâ Teutonicâ* oock *ſiue* oc, *vt ceteri Franci ſuo idiomate* ouy; *ideoq; reliqua Gallia vice versâ* Languedouy *illis dicitur.*

Languedoc.

b Pe-

b Petrocorij *Cæsari,* Petrogori *Plinio; urbs* Petrogoricum *Aimoino, aliis.* Petrocorium, *Comitatus titulo tum insignitum, in Ducatu Aquitaniæ: à Ptolemæo* Vesuna *appellata creditur.* Petrocorij.

c *VVaddingo* vicus Salinarum. *fortè* Sales *est, quem Ioannes Tardo Canonicus Ecclesiæ Salatensis, in delineatione diœcesis Sarlatensis, inter oppida Monpaserium & Belueram collocat, & fauent sequentia. Perperàm aliqui* Condomi *natum referunt, ubi religioso instituto initiatus, & quasi renatus est. Lezana circa annum* 1305 *natum statuit.* Sales vicus.

d *An vicus* Sales de Thomas *appellatus, & ab eo vico* Thomæ *illi cognomen? an potiùs à patre ita cognominatus?*

e Sarlatensis diœcesis *auulsa à* Petrocoriensi *per Ioannem XXII ann. Ch.* 1317 *riuo adiacet, qui* Dordoniæ *ad Dumam oppidum miscetur.* Sarlatum.

f *Id est villicus, ut ex tomo* 2. *Codice antiquarum legum obseruat Iosephus Laurentius in Amaltheâ onomasticâ.* massa *villa Bulengero de Imperio & Imperatore.* Massarius.

g *VVaddingo* Montis-pensierij castrum, *oppidum hoc tempore Monpaserium ad fontem fluuij Drotæ, versùs Agennum.* Monpaserium.

h Agennum, *siue* Aginum, *adiacet Garumnæ, medio itinere Tolosam inter & Burdegalam. urbs ipsa celebris, & Sede Episcopali olim ornata.* Agennũ.

i Lectora, *vel* Lactora, *vel* Lactorium urbs, antiquitate, Episcopatu, pluribusque monumentis nobilissima, *ut scribit Papirius Massonus,* Ægircio *flumine subluitur, in edito sita loco, vulgò* Letour, *vel* Laictour, *infra Ausciorum metropolim.* Lactora.

k Condomium, *alius* Condomum, Condominium, Condumum, *Sedes Episcopalis, ab Agennensi & ipsa per Ioannem XXII. auulsa; ad fluuium Balisam sita, nec procul Lactorâ, Scipionis du Pleix Francicarum rerum scriptoris patria. Ibi circa annum* 1325 *habitum Carmeliticum sumpsisse scribit Lezana.* Condomum.

l *Sacerdotio initiatum circa annum* 1332 *tradit idem Lezana.*

m *Saracenus narrat hoc miraculum patratum ad releuandam, non propriam, sed monasterij cuiusdam paupertatem*, cùm Prouincialis in solenni visitatione de illius pauperie subleuandâ valdè anxius esset. *at quomodò eum fuisse Prouincialem probat? Eadem in Breuiario ordinis leguntur. Didacus Caurienfis scribit in Hispaniâ Prouincialem extitisse prouinciæ Baticæ. Sed quo auctore? numquàm Hispaniam vidisse verius videtur.*

n *Saracenus:* Angelus Domini, mercatoris formâ indutus, statim illi præstò fuit, & tantas illi aureas pecunias detulit, quantâ necessitate vrgebatur cœnobium illud. quo facto Angelicus ille mercator euanuit. *Vnde hæc habuit Saracenus? Mazzerio ipse Petrus contrarium narrauit.*

o *MS. Mechliniense P. Danielis à Virgine Mariâ*, 16 regales aureos. *Bostius*, XVI aureos non parui ponderis.

Albia. p Albia, Alba, & Albiga, *Sedes Episcopalis ad Tarnim fluuium*, 10. *milliaribus Tolosâ aistat.*

q Cadurcorum *metropolis vulgò* Cahors, *ad Olindum siue Oldam fluuium.*

r *Referuntur hæc apud Lezanam ad annum* 1338.

ſ *Anno* 1341.

Bacellarius. t *Quasi Bacillarius, quia absoluti studij auctoritas per exhibitionem bacilli concedebatur: ita solebant possessiones, munera, dignitates conferri porrectâ hastâ, festucâ, cespite, bacillo. Vide Glossarium Spelmanni. In alio MS. hodierno vsu Baccalaureus legitur.*

CAPVT

CAPVT II

Laurea Doctoralis S. Petro collata. Conuersatio in Curiâ Pontificiâ.

7 REuersus autem ad prouinciam suam, factus est *a* Procurator Ordinis sui, & venit in Curiam Romanam. Tunc Generalis Ordinis sui, existens in Curiâ, & videns ipsum Fratrem Petrum paruum corpore & modicæ apparentiæ, & quòd illi de prouinciâ suâ ordinauerunt ipsum Procuratorem Ordinis, despexit eum in corde suo, & nolebat ipsum ducere præ verecundiâ in præsentiâ Cardinalium. Tandem motu Dei & B. MARIÆ, Dominus *b* Taliarandre Cardinalis Petragoricensis audiens sufficientiam suam, & quòd erat de prouinciâ suâ, voluit ipsum videre, & eum habere in prandio. Post prandium verò fuit mota quædam quæstio secundùm vsum Cardinalium: ibique fuit Frater Petrus cognitus & diuulgatus mirabiliter, & cognitâ suâ magnâ scientiâ & subtilitate, posteà in Curiâ cœpit prædicare & disputare, taliter quòd omnes mirabantur de ipso.

a Constituitur Procurator ordinis:

despicitur à Generali suo:

b

concionatur in Curiâ Pontificiâ.

8 Tandem ad promotionem Reuerendissimi Patris Domini Cardinalis Petragoricensis per generale Capitulum Ordinis B. MARIÆ

de Carmelo ordinatum fuit, quòd Frater Petrus iret Parisius, & cursum suum perficeret, vt posset doctorari in sacrâ paginâ. Ipse autem iuit Parisius, ibique legit in conuentu suo sacram Scripturam: & secundùm constitutiones faciendi Parisius Magistros in Theologiâ, Frater Petrus non poterat licentiari, nisi compleret cursum suum, videlicet quòd legeret adhuc per quinque annos vel circâ. Accidit autem nutu Dei, Virgine gloriosâ disponente, quòd Virgo ipsum suum deuotum sublimare volebat, quòd circa annum tertium ipsius F. Petri legentis fuerunt Parisius circà quatuordecim Bacellarij in Theologiâ, Religiosi & seculares, anhelantes & expectantes magisterium quilibet recipere illo anno, secundùm ordinem Vniuersitatis: adeò accidit, quòd quædam erat discordia orta inter Cancellarium Vniuersitatis, & prædictos expectantes magisterium, ita quòd debebat eligi Religiosus vnus vltra numerum prædictum, propter discordiam prædictam, & ipsum doctorari cum aliis illius anni doctorandis. Tunc nutu Dei Magistri in Theologiâ ferè triginta duo, inter omnes Religiosos Parisienses considerantes ipsius F. Petri sufficientiam, vnanimiter vocem suam dederunt sibi, & ipsum elegerunt, & maximè Cancellarius, non obstante quòd cursum suum non compleuerat secundùm ordinem Parisiensem. Factus est itaque c Doctor in Theologiâ

Mittitur Parisios,

Doctoratu ornandus:

fit Doctor ante tempus:

c

logiâ Frater Petrus de consensu omnium, & contra constitutiones Parisienses, in laudem Dei & admirationem omnium.

9 Et statim reuersus est ad Curiam Romanam, videlicet in Auenione, cum honore non modico & laudibus infinitis. Tunc incepit mirabiliter prædicare coram Papâ, & factus est in Theologiâ Regens in Curiâ. Visitabat Cardinales, prædicabat coram eis, disputabat, & soluebat quæstiones: prædicabat aliquando populo, & pluries faciendo duos vel tres sermones Clero & populo in vno die, collationibus Cardinalium post prandium exceptis. Et beatus erat Cardinalis vel Prælatus, qui Fratrem Petrum Thomæ in amicum domesticum & in mensâ habere poterat.

redit Auenionem: concionatur coram Curiâ, gratiosus Cardinalibus.

10 Istum modum magisterij sui Parisius in substantiâ habui ab ore suo proprio. Insuper ipse confessus est, quòd ipso existente Parisius & legente, numquàm in tempore suo propter lectionem ipse perdiderat vnam Missam, quin semper celebraret ante lectionem, nec Matutinas. Et secretè mihi confitebatur, quòd celebrando Missam suam quasi in aurorâ diei, & post Missam ascendebat cathedram ad legendum; Deus in Missis suis magis infundebat in cor eius scientiam, intelligentiam, & veram expositionem sacræ Scripturæ, quàm antè habuerat in studendo lectionem: & quòd ipso legente in cathedrâ post Missam suam, talia

Assiduus in officio Ecclesiastico, etiam inter docendum. scientiam diuinitus haurit in Missâ:

talia sibi occurrebant, quæ numquàm studuerat, & de quibus ipsemet mirabatur, Deo semper gratias referendo & B. Mariæ. *d*

d

fugit particularitates:

11 Ipso autem in tanto & alto gradu conscenso, non obstante in Curiâ, semper subditus erat Priori & Conuentui suo, semperque surgens ad Matutinas: & numquàm in vitâ suâ, quousque fuit Episcopus, & Sedis Apostolicæ Legatus, in conuentu suo comedit extra refectorium, nec alium cibum volebat comedere quàm pauperes Fratres. Propter conuersationem suam sanctam, & mirabilem prædicationem, præ omnibus in Curiâ mirabiliter diligebatur & reuerebatur, & specialiter à burgensibus, mercatoribus & mulieribus, quibus fecit dimittere per suam prædicationem superfluum cultum margaritarum capitis earum & ornamenta superflua.

feminas mouet vt vanum ornatum dimittant:

12 Quòd autem hoc sit verum, quòd ipsum diligebant, confessus est mihi, quòd semel propter penuriam non modicam Conuentus sui Auenionis, ipse pietate Fratrum suorum motus, fecit semel vnam quæstam in ciuitate solâ Auenionensi. Et in serò reuersus est ad conuentum suum apportando mille florenos de quæstâ vnius diei: ita diligebatur propter virtutem suam, quòd nemo ei petita negabat: & sic alebat & nutriebat Fratres Ordinis sui vbicumque erat. Gloriosè in totâ vitâ suâ impleta est promissio B. Mariæ priùs sibi facta.

pro monasterio stipē amplam corrogat:

13 In

13 In prædicatione suâ vtique parcebat nulli, nec Domino Papæ, nec cuicumque. In medio verò sermonis communiter homines ridere faciebat, aliqua pulchra moralia narrando; modò flere, modò ridere faciebat;& in fine sermonis sui omnis homo à facie eius ædificatus & consolatus recedebat,: quia Spiritus sanctus, sicut piè credo, à iuuentute suâ per os eius loquebatur,nec in sermonibus suis visus est spernere.Et in tempore suo non erat talis prædicator in Ecclesiâ Dei,verbis cuius opera præibant & sequebantur : & certè vita sua poterat dici non humana, sed diuina; quia nihil terrenum affectabat, nisi solùm augmentationem fidei Catholicæ, Fratrum suorum & omnium cum quibus loquebatur..... Verba autem sua ardentia erant in caritate non fictâ. *in concione nulli parcit.* *risum & fletum mouet, omnes ædificat.*

14 In confessionibus qualis! quomodò reducebat peccatores ad viam Dei & ad pœnitentiam, & quomodò laicis declarabat dubia, & Clericis subtilia! Certè audeo dicere, quòd pro vno peccatore ad ipsum recurrente, & ab ipso aliàs nunquàm viso, si oportuisset, corpus suum lætanter ad martyrium posuisset. Igitur pro domesticis quid fecisset? Caritatem eius & virtutes difficile esset describere. *in audiendis confessionibus prudens.*

15 Ipso autem coram Deo inclarescente, sic regente in Curiâ, Dominus Papa Clemens VI debitum vniuersæ carnis *e* soluit: & debitis exequiis solenniter completis, funus eius, in *e*

quodam

f g quodam *f* monasterio, *g* prouisione Dei portatum fuit: ab Auenione vsque ad prædictum locum fuerunt duodecim dietæ. Ipse autem B. Petrus ab omni parentelâ Papæ & Collegio electus fuit ad prædicandum in itinere, & fecit duodecim sermones in itinere, quolibet diē vnum, mirabiles & vltrà quàm mirabiles. Beata ergo MARIA Virgo, quæ tantùm sublimauerat deuotum Fratrem suum Petrum, iterum voluit ipsum honorare. Nam funere Papæ existente in ecclesiâ B. MARIÆ de *h* Pugio, Frater Petrus ascendit cathedram, vt prædicaret more solito: & propter labores itineris, & prædicationes præcedentes, inuenit se ita raucum, quòd loqui minimè poterat, nec audiri. Ipse autem scandalum non posse habere prædicandi, timens incipere, vertit se ad imaginem B. MARIÆ Virginis, orationem suam deuotè fundens. Quâ finitâ, Virgine adiuuante, & populo audiente, incepit altâ voce thema suum: & prædicauit, & ita clarè sicut alios sermones vnquam fecerat. Quam gratiam â beatâ Virgine MARIA sibi factam ipse Frater Petrus, sicut mihi dixit, ipse B. MARIÆ, & meritis beatæ memoriæ Papæ Clementis attribuit. Mira res & laudabilis: intemerata Virgo in famulo suo Fratre Petro dulcedinem suam mirabiliter ostendit.

in transuectione corporis Clementis VI

h

in viâ 12 diebus concionatur:

ope D. Virginis, raucum pellit.

a. *Anno 1345 in Capitulo generali Mediolani habito electum scribit Lezana.*

b Tale-

b Talerandus *aliis, filius Comitis Petragoricensis, ex Episcopo Autissiodorensi creatus Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula titulo Eudoxiæ à Ioanne XXII an. Ch.* 1331. *factus Episcopus Albanensis à Clemente VI.*

c *Annum* 1349 *assignat Lezana.*

d *De reuelatione factâ à Deiparâ Virgine apparente circa Ordinis conseruationem, infrà in Analectis agemus.*

e *Die* 6. *Decemb.* 1352.

f Casâ-Dei *in Aruernis, vbi quondam monachus & Abbas fuerat.*

g *Ita supremis tabulis mandârat ipse Pontifex.*

h *Aliis de* Podio, *vulgò* le Puys, *oppidum est Velaunorum* Anicium. *De eius æde cathedrali Deiparæ sacrâ, & frequentibus miraculis celebri, copiosè scripsit Odo Gissæus Societatis nostræ.* Podium.

CAPVT III

S. Petri Episcopatus. *Nuntiatura ad Imperatorem, Reges Apuliæ & Rassiæ.*

16 *a* Aliquo tempore transacto Papa Innocentius VI creatus fuit; in cuius conspectu Frater Petrus gratiam inuenit. Qui Dominus Papa mirabiliter in sermonibus Fratris Petri delectabatur, & videns sufficientiam & sanctam conuersationem eius, Fratris Petri Thomæ, & quòd erat vtilis, imò necessarius Ecclesiæ Romanæ, ad portandum nomen Dei & honorem Ecclesiæ coram Regibus & Principibus *a* *Mittitur Nuntius Apostolicus ad Regem Apuliæ.*

cipibus & filiis Christianorum; ipse Dominus Papa ordinauit Fratrem Petrum Apostolicæ Sedis Nuntium ad eundum in Apuliam ad
b c Regem b Apuliæ c Ludouicum, & ad Regi-
d nam d Ioannam, eius consortem, propter aliqua magna negotia Ecclesiam Dei & regnum Apuliæ tangentia. Quod & fecit, & præceptum à Sede Apostolicâ sibi iniunctum ad honorem Dei & Ecclesiæ laudabiliter fecit & compleuit. Et hæc fuit prima legatio sua. e

17 Et reuersus est ad Curiam tempore interuallo. Et ipso Fratre Petro semper prædicante & populum Auinionensem reformante,
f f noua in Curiâ venerunt, videlicet quòd Rex
g h g Raciæ, qui modò se vocauerit h Bulgariæ Imperator, schismaticus ad gremium Ecclesiæ Romanæ piè venire volebat. Illo verò tempore Cæsar Augustus Karolus IV. in i Italiâ ve-
k nit & k Romam. Consilio autem ventilato in Consistorio, Papa de consilio Fratrum ordinauit Fratrem Petrum Nuntium Apostolicum ad Imperatorem, & ad Regem Raciæ. Et quia ambassiata, siue legatio, ponderosa, periculosa, authentica, imperialis & regalis erat, ideò oportebat Nuntium authenticum, & in gradu alto esse. Dominus autem Papa dedit tunc Fratri Petro Thomæ Ecclesiam Pactensem in Siciliâ; & l factus est Episcopus. Ipse arripiens iter suum primò ad Imperatorem Romanum venit; cui summus Pontifex per Fratrem Petrum,

&, antè ordinatus Episcopus Pactensis, l

Sedis

Sedis Apostolicæ Nuntium, multa bona offerens, sibi misit pro parte ipsius Domini Papæ & Ecclesiæ, etiam tractaturus inter Ecclesiam & ipsum Imperatorem magnæ laudis & vtilitatis Ecclesiæ, Reipublicæ & honoris Christianitatis. Quod & fecit quantum in eo erat: & Imperatorem in amorem Ecclesiæ per verba miræ prædicationis & deuotionis, semper ad honorem Ecclesiæ, solidauit, roborauit, & confortauit. *ad Carolū IV. Imperatorem:*

18 Recedente autem Domino Fratre Petro ab Imperatore, & versùs Raciam iter arripiente, per Italiam, *m* Hungariam, & Sclauoniam transiuit cum tantis periculis, quòd familia sua pluries de die in diem mortem corporalem expectabat. Ipse verò firmus, constans & stabilis, nec labores appretiabat, nec mortem timebat, nec proprio corpori parcebat: sed confortatus in Domino, vnionem Ecclesiæ & saluationem animarum cordialiter desiderans, omnia pericula itineris & laboris quasi ludum puerorum reputabat. Inter omnia autem pericula quæ pertransiuit, aliqua miranda inferiùs narrabo. Nam Frater Petrus, requirente socio ipsius Domini Fratris Petri, à Domino *n* Archiepiscopo Nicosiensi interrogatus, coram pluribus dixit, quòd ipso existente in societate ipsius Domini Fratris Petri Domini sui, in viâ eundo in Raciam accidit, quòd ipse Nuntius Papalis non potuit habere vnam galêam, *m* *tendit in Rasciam Per multa Pericula:* *n*

lêam, sed intrauit in quodam ligno satis paruo cum familiâ suâ. Et nauigante de Venetiis, eundo versus Raciam circa fines Sclauoniæ & *a* Achaiæ, Domino Fratre Petro in mari nauigante, cuidam ligno magno Turcorum sibi occurrenti & appropinquanti, nullo ingenio humano euadere poterat. Tunc marinarij omnes & alij de vitâ eorum desperantes Nuntium Apostolicum exorauerunt, vt ad Deum preces funderet pro liberatione ipsorum. Tunc Fratre Petro in oratione prostrato, & appropinquante Turcorum ligno, miraculosè adeò cælo claro, sole feruente, & nullâ nebulâ apparente, subitò quædam nubes condensa & spissa lignum ipsius Domini Fratris Petri circumfulsit, taliter quòd lignum Turcorum valdè prope remigando, appropinquantis ipsius Nuntij Papalis ligni visionem perdidit; lignum ipsius Domini Fratris Petri versùs terram nauigando, liberè à Deo, nebulâ mediante, Turcos euasit. Miranda res, & miraculum obstupendum, ab ipso gloriosissimo Creatore clarè suo seruienti demonstratum.

Oratá ad eius preces nebulâ, euadit nauim Turcicam.

19 Retulit insuper idem Frater Petrus, requirente Domino prędicto Archiepiscopo Nicosiensi, quòd eadem viâ semel tantam fortunam maris lignum supradictum Domini sui inuasit, quòd desperati marinarij sine regimine aliquo inter fluctus maris lignum vbi volebant ducebant. Accidit autem miraculosè, quòd

in periculo naufragij orans,

quòd ligno appropinquante terram, & omnibus expectantibus mortem vicinam, Nuntio Apostolico in feruentiori existente deuotione; subitò quædam vnda vel fluctuatio maris lignum prædictum in quodam lacu, mari vicino & marinariis ignoto, proiecit integrum & saluum. Quæ res non modicùm est miranda: nam fortunâ pacificatâ inuentum est lignum in lacu supradicto, remotè valdè à mari, & oportuit lignum desuper terram trahere ad mare. Sic enim à Deo per orationes ipsius Domini Fratris Petri saluati fuerunt, immensas gratias Deo referentes.

extra mare cum naui transfertur.

20. Multis verò laboribus & periculis transactis, Deo adiuuante, famulus Dei in Raciam applicuit, & diebus aliquibus elapsis, ad præsentiam Regis Raciæ peruenit. Qui quidem Rex inter omnes homines mundi suo tempore maior erat corpore, & terribilis facie. Consuetudo autem illius regni & magnificentiæ regalis est, quòd quicumque ad præsentiam Regis venit, ante salutationem pedem ipsius osculatur, & alias reuerentias non modicùm superfluas facit. De quibus Dominus Frater Petrus Nuntius Apostolicus multoties antè præmonitus fuerat à pluribus, sibi dicendo, quòd si in hoc deficeret, periculo mortis subiturus esset. Stante verò Apostolico Nuntio in præsentiâ Regis sine inclinatione aut aliquâ reuerentiâ, ne videlicet honores Ecclesiæ derogaret, quia

Rassiæ Regem, non indignâ demissione, ritu gentis,

Sed conue-nienti sa-lutatione honorat: Nuntius Papalis, omni tempore, postposito timore, à Deo confisus, authenticè & gratiosè Regem, prout decebat, salutabat. Rex autem militiâ & Baronibus circumdatus, superbè Nuntium Papalem recepit, & multa verba magnifica & iactabunda secum habuit. Die autem constituto exponendi legationem, adueniente Fratre Petro, clarè & strenuè in quodam sermone, legationem suam Apostolicam Regi exposuit. Sed in responsionibus superbiam, cautelas, & mendacia ipsius Regis Nuntius Papalis clarè cognouit. *malignè ab eo tra-ctatur:* Illo tunc omnes de familiâ Domini Fratris Petri reputabant ipsum Nuntium Apostolicum & ipsos mortuos, videntes crudelitatem & malitiam ipsius Regis.

21 Transactis aliquibus diebus, & multis tractatibus in honorem Ecclesiæ Romanæ concordatis, & iterum malitiosè ruptis; ipse Frater Dominus Petrus semper & quotidie officium diuinum coram se authenticè celebrari faciebat, siue in campis, siue in ciuitatibus & castris. Tandem Rege tyranno indurato, malitiam non modicam contra Ecclesiam Romanam ostendit, fecit præconizari, quòd nullus Christianus Ecclesiæ Romanæ sub priuatione oculorum Missæ ipsius Domini Fratris Petri Nuntij Papalis interesset. *illius edi-ctum, ne quis sacrũ suum audi-ret.* Erant multi ibi Nobiles Teutonici & alij stipendiarij ipsius Regis. Quo audito timor & tremor omnes fideles Ecclesiæ Romanæ apprehendit. Ipse verò fidelis

Nuntius

Nuntius intrepidus piè & strenuè eos confortans, & periculum, in quo ipse & fideles Ecclesiæ erant, benè cognoscens, omni timore mortis postposito, imò pro augmentatione fidei Catholicæ mortem desiderans, eis cum vultu sereno dixit, quòd in crastinâ die, horâ consuetâ, Missam solennem personaliter gratiâ Dei celebraret, edicto Regis non obstante: & qui nostrorum fidelium interesse vellet, benè sibi placeret, & qui non, etiam contentus esset. Manè autem facto Dominus Frater Petrus horâ consuetâ mortem piè expectans, loco authentico se præparauit ad Missam solennem celebrandum. Et ecce fideles Ecclesiæ quasi ad martyrium cum gaudio currentes, alio alium non expectante, edictum Regis paruipendendo, omnes ad Missam ipsius Legati venerunt, & ipsam deuotissimè audierunt. Fuerunt autem ad Missam trecenti Teutonici, aliis Christianorum nationibus exceptis.

contemnit,

& celebrat corà Teutonibus,

idem edictum meritò spernentibus,

22 Missâ verò cum magnâ deuotione completâ; & Rege audiente, ipse furore repletus, edicto Regali fracto pro omnibus Teutonicis mandauit. Aduenientibus autem eis, Rex facie turbatâ, zelo repletus eis dixit: Cur non timuistis edictum meum frangere? Nesciebatis quòd ego præconizari feceram omnes oculos vestros eruere, si Missam inimici nostri audiretis? Teutonicorum verò quidam Miles deuotus, & strenuus omnium aliorum Capitaneus,

cuius nomen obliuioni dedi, à Spiritu sancto inspiratus & à Patre meo animatus, pro omnibus aliis Regi respondit: Domine, benè verum est, quòd edictum vestrum audiuimus, sed magis timemus Deum quàm vos. Et quomodò talem Patrem solum celebrantem sine nobis dimisissemus? Benè scitis, quòd nos omnes Catholici & fideles Ecclesiæ Romanæ sumus, & ex quo oculos nostros velletis eruere, non solùm oculos, sed nos omnes mori pro fide Catholicâ defendendâ parati sumus. Audiens autem Rex talia verba, adeò mitigatus incepit ridere, & admirari de tantâ constantiâ ipsius Nuntij Apostolici & Teutonicorum. Ex illâ horâ tantum honorem & reuerentiam Dominus Frater Petrus recepit ab ipso Rege aliquibus temporibus, quòd scribere non valerem. Temporis interuallo Rege obstinato, & *p* in perfidiâ remanente, Dominus Frater Petrus multas Ecclesias Metropolitanas & alias illius regni ad vnionem Ecclesiæ Romanæ reformauit, quæ priùs schismaticæ erant. Et multis & infinitis periculis & insidiis à Rege cautelosè ordinatis, cum difficultate, Deo adiuuante, regno Raciæ ipse Nuntius Papalis Dominus Frater Petrus recessit sanus, & in Curiam reuersus est.

quorum aliquo generosè Regi respondente,

eius fauorem nactus,

p

multos Ecclesiæ reconciliat.

a 12. *diebus. nam* 6 *Decemb. obiit Clemens VI. & 18 ejusdem Innocentius VI electus est.*

b Reges

b Reges Apuliæ, & regnum Apuliæ, *ab Albertino Mussato, Cortusiis fratribus, Ioanne Thurocio, aliisq; huius aui scriptoribus, appellantur Reges regnumq; Neapolitanum: alioquin Apulia propria, tam* Daunia *quàm* Peucetia, *inter Ferentinos & Salentinos, ad mare superum, siue Adriaticum iacet, vulgò* Puglia Piana, & Terra di Bari. Apuliæ regnum.

c Ludouicus, *filius Philippi Principis Tarentini, nepos Roberti Regis Apuliæ, duxit* Ioannam *Reginam, Caroli filiam, neptem Roberti Regis aui sui, cùm Andreas frater Ludouici Regis Hungariæ à Roberto Rege Ioannæ, quòd fratris, sui Caroli Martelli Regis Hungariæ nepos esset, cum regno maritus datus fuisset mense Septembri, an. Ch.* 1345. *mortuus est Ludouicus an Ch.*1355. Rex Ludouicus vxor Ioãna.

d *Superuixit quartùm nupta ad annum Christi* 1376.

e *Peracta hæc Legatio anno* 1353 *mense Maio; alia ad Genuenses & Mediolanenses imposita est mense Octobri, cuius non meminit Mazzerius. De vtraque suprà actum est.*

f *Missis ad Pontificem Legatis, cum litteris ipsius Regis Rassiæ, vti constat ex Apostolicis litteris infrà dandis. Idem anno* 1347 *à Clemente VI petierat Ecclesiæ coniunctionem. Ita Odoricus ad illum annum num.* 30.

g *al.* Rachia, Rascia, & Rassia *dicitur. De eâ Ranzanus in Epitome rerum Hungaricarum Indice* 2 *in descriptione Danubij hæc refert: Vbi* se Sauus Danubio miscet, superior Mœsia à Panloniâ dirimitur. Dicitur autem vulgò ea Mœsia Seruia, cuius primam occurrentem ex his locis partem hodie appellant Rasciam. Huius verò primum contraque Pannoniam positum oppidum est Belgradum... Inde ad M. P. fermè distat Smedris, hoc est, S. Andreæ nobile Rascianorum oppidum. ... Inde ad locum, vnde est Mœsiæ inferioris, vtpote regionis Bulgarorum, principium, est oppidum Bliognum nomine, *&c Hoc aliis* Bodon, & Budonium, *dicitur; eratq; Regum Rasciæ sedes, vt scribit Thurocius cap.*33. Rascia regnum.

h Bulgariæ *magnam partem tenebat. Thurocius* regnum Bulgariæ *appellat, & Principem ait sibi* Imperatoris Bulgariæ *titulum vendicare.*

Bulgaria.

i *Vtinum venit Imperator* 14 *Octob. anni* 1354, *Bassanum* 1 *Nouembris, Patauium,* 3 *Mantuam* 8: *ast* 4 *Ianuarij anni* 1355 *Mediolanum, vbi* 6. *Ianuar. coronâ ferreâ coronatus est.*

Carolus IV Imp.

k *Romæ coronâ aureâ coronatus est* 5. *Aprilis festo Resurrectionis Christi eiusdem anni* 1355. *vt accuratè describunt Cortusij lib.* 11. *cap.* 1. 2. 4. 6.

l *Iussu Pontificis consecratus est S. Petrus à* Guidone *Episcopo Portuensi.*

m *Innocentius Regi Hungariæ scribit, se, quæ coràm ei dicta vellet, Nuntiis Petro & Bartholomæo præscripsisse.*

n *In Insulâ Cypro,* Raimundo, *de quo infrà num* 116. & 130.

o *An potiùs* Albaniæ *legendum? Ita Nuntij à Pontifice missi dicuntur in Bullâ Apostolicâ ad* regnum Rassiæ, Sclauoniæ, & Albaniæ. *deinde regio Illyricorum occidentalis* Dalmatia *Venetis propinquior, orientalis* Albania *vocatur, cui contigua est* Rassia, *ob linguam Sclauorum etiam* Sclauonia *dicta. Ast Achaian eo tempore dictam Peloponnesi partem Occidentalem, infrà constabit.*

Albania.

p *Germanus auctor MS Vaticani apud Odoricum & VVaddingus asserunt,* dolosè egisse cum Pontifice Regem, & Apocrisarios, non tam Romanæ religionis affectu, quàm declinando bello Hungarico, amandasse. *Verùm* luisse posteà iustas pœnas suæ fraudis, à Ludouico *Rege Hungariæ contritum & humiliatum. Ranzanus Indice* 19 *ait* Bulgaros, *qui à Ludouico defecerant,* expugnatos *fuisse. Thurocius cap.* 33 *& Bonfinius Decade* 1. *lib.* 10. *addunt regiam* Bodonem expugnatam, & Regem in Hungariam transmissum fuisse, *sed* Strachmerum, *siue* Stratimirum *appellant, an hic idem, qui in Bullis Apostolicis Stephanus? Basilius Ioannes Heroldus in tabulâ Genealogicâ ad Nicetam Gregoram, & Chalcondylam*

condylam vult Reges Russiæ generali vocabulo Stephanos *dici, vt alibi* Ptolemæi, Cæsares, Abgari, Pharaones *dicti. De bello à Ludouico Rege Hungariæ inferendo vide ab Odorico indicata an.1356 num. 24 & seqq.*

CAPVT IV

Apostolica Legatio S. Petri ad Venetos & Regem Hungariæ.

23 TEmporibus aliquibus transactis, Papa Innocentius, fidei inimicorum Orientalium destructionem, & Terræ sanctæ liberationem desiderans, tamquàm pius Pater, mirabiles victorias, strenuitatem, sapientiam, magnificentiam, potestatem, & deuotionem *a* Ludouici Regis Vngariæ, cuius fama per vniuersum orbem non immeritò diffundebatur, ille tunc audiuit, quòd Rex contra Venetos illis diebus magnam *b* guerram *c* faciebat. Papa verò vnitatem pacemque Christianorum, & liberationem prædictam ad bonum finem deducere affectans, Legatum autem, Nuntium, aut Ambasiatorem non solùm, sed & Ecclesiæ Dei cursorem promptum & fidelem, nulla pericula timentem, videlicet Dominum Fratrem Petrum Episcopum Pactensem, ad pacem Venetorum & Vngarorum reformandam misit Dominus Apostolicus: & Regi Vngariæ prædicta

Legatus mittitur pro pace inter Hungaros & Venetos.

a

b c

& vt Regem ad bellum sacrũ excitet: prædicto vexillum sanctæ Crucis & Ecclesiæ, eidem Regi tamquàm Ecclesiæ vexillatori inclyto, & quòd passagium sanctum inchoaret, cum multis *d* temporalibus & spiritualibus gratiis Dominus Papa per eumdem Dominum Fratrem Petrum transmisit.

24 Ipse autem Dominus Frater Petrus bullis Papalibus præmunitus, & Apostolicâ benedictione receptâ, iter suum arripuit, & transiens montes & Lombardiam, applicuit Venetiis. Ibique à Duce & Nobilibus magnificè & cum gaudio receptus, Ambasiatum suum Papalem Domino *e* Duci & consilio suo mirabiliter in quodam sermone declarauit, multis demonstrationibus & argumentis insolubilibus *venit Venetias,* eos ad pacem admonendo & piè exhortando concludebat. Responsione verò Venetorum habitâ, transiuit per castra, & incurrit tanta pericula mortis in itinere, quòd scribere tædium esset. *inde per multa pericula* Nam stipendiarij vtriusque partis, auaritiâ moti, pedes euangelizantium pacem turbabant. Sæpe enim & quasi quotidie aut continuè insidias sibi ponebant, ipsum deridebant, & aliqui pacem in dolo secum faciebant. Ipse verò nihil terrenum dubitans, adeò constans & confortatus omnia pericula tam hominum quàm fluminum transiuit, & in Vngariam applicuit, & à Rege mansueto & Catholico deuotè & Catholicè magnificéque ad Ecclesiæ *in Hungariam:* honorem est receptus. Tanta guarra tunc temporis

poris inter Vngaros & Venetos feruebat, quòd transitus ipsius Domini Fratris Petri per castra vtriusque partis transeuntis magis potuit dici miraculosus & diuinus quàm humanus. Elapsis aliquibus diebus ipse Pactensis Episcopus Dominus Frater Petrus legationem suam Papalem authenticè, reuerenter, & gloriosè Regi Vngariæ exposuit, Regem sublimando, ipsum pro parte Ecclesiæ honorando, multa bona temporalia & spiritualia offerendo, in timore Dei in amorem Ecclesiæ piè Regem confortando. Ipse autem Rex deuotus & Catholicus Episcopo & Nuntio Papali benignè, clarè, & dulciter ad omnia respondit, Deum inuocando, Domino Papæ & sanctæ Ecclesiæ regratiando, multa bona offerendo, verum & deuotum filium Ecclesiæ se monstrauit. *benignè & honorificè à Rege excipitur:*

25 Ab illâ horâ Rex Episcopum multùm honorabat, laudabiliter & honorificè sibi necessaria ministrare faciebat: ipsum libenter videbat, dicta sua & prædicationes suas dulciter audiebat, & de tantâ sapientiâ & eloquentiâ Rex multùm mirabatur. Tandem Dominus Frater Petrus, multis demonstrationibus & exhortationibus præcedentibus, & verbis diuinis mediantibus, Regem, tamquàm leonem rugientem, & destructionem Venetorum proponentem, ad pacem piè conuertit. Et non ad pacem Venetorum solùm Christianorumque, sed ad destructionem inimicorum fidei & liberationem *persuadet ei pacem, & sacram expeditionem:*

tionem

tionem Ierusalem, ipse Dominus Frater Petrus Regem adeò induxit, tam humiliter & deuotè, vt Rex ab ipso Domino Fratre Petro ex parte Papæ venerabile signum & vexillum Crucis & Ecclesiæ recepit: & in manibus ipsius Nuntij Apostolici Rex solenniter iurauit, personaliter infra decem annos proximos secuturos sanctum passagium manu forti facere, & iter versùs Terram-sanctam arripere. Omnibus autem prædictis adeò laudabiliter approbatis & confirmatis, Dominus Frater Petrus cum magno honore suo & Ecclesiæ Dei, & beneuolentiâ Regis, ab ipso Rege recessit: & transiens per castra inimicorum, & Vngaros & Teutonicos, qui antè velut leopardi prædam Venetorum sagittando accipiebant, iam mitigatos inuenit: audierant enim voluntatem Regis ad *f* pacem esse conuersam, & maximum honorem eidem Domino Fratri Petro fecerunt.

f

26 Tandem multis periculis euasis, Venetias, Deo auxiliante, peruenit, & ab aliquibus benè receptus & ab aliquibus minùs, palatium Ducale ascendit: ibique coram Duce & concilio pacem tractatam, potestatem Vngarorum, & erga eos beneuolentiam rebellem denuntiauit. Pax verò per famulum Dei tractata talis fuit, vt Rex Vngarorum totam Dalmatiam & Zadram Venetis dimittebat, omnes iniurias remittebat, & amicus Venetorum efficiebatur;

Venetis proponit conditiones pacis,

ciebatur; & vt pax & amicitia perfecta & æterna esset, Veneti caussâ amicitiæ tantùm quolibet anno vnum equum album Regi præsentare debebant. Audientibus autem Venetis à Domino Fratre Petro pacem prædicatam in concilio, tumultus non modicus surrexit: & in concilio tractatu pacis ventilato, pacem minùs benè consulti recusarunt. Episcopus autem Dominus Frater Petrus ingemiscens, multa bona introducens proponendo, & prophetice pacem honestam recusantibus malum inde venire clarè eis prædicebat. Sed nihil profuit. *exploditur.*

27 Et quia opera pacem diligentibus manifestare debemus, vt turbatores pacis iudicia Dei cognoscant; accidit quòd Domino Fratre Petro pacem prædictam annuntiante Venetis, qui ad guarram obstinati, de potentiâ humanâ & multitudine diuitiarum confisi; quidam nobilis Venetorum existens in quadam curiâ Nobilium, & audiens relationem Nobilium de Domino Fratre Petro, quantùm poterat pacem prædictam euadebat, & in verbis iniquitatis coram omnibus prorupit, & Domino Fratri Petro & Ecclesiæ Dei detrahendo blasphemauit. Et sic à multis Nobilibus bonum propositum pacis reuocauit. Non attendens verbum propheticum dicentis, Beati pedes &c. *Isa. 52. 7.* Sed Deus auctor pacis & amator veritatis, non in longum iustitiam suam in blasphematorem dissimulauit. Nam Nobilis prædictus illo die *Præcipuus belli auctor, subitâ morte perit.*

propriè

propriè ad guerram properans, atque alios confortans, subitaneâ morte periit: quæ res non modicùm est miranda. Dominus autem Frater Petrus, videns quòd non proficiebat, & quòd in eo erat fecerat, cum dolore & lacrymis de Venetiis recessit, & ad Curiam Romanam rediit. Posteà verò Venetorum & Vngarorum guerrâ feruente, & sanguinem effundente, adueniente prophetiâ Domini Fratris Petri, Veneti perdiderunt, & g Dalmatiam totam amiserunt.

reliqui ab Hungaris vincitur. g

a *Carolo Regi Hungariæ anno* 1342 *vitâ functo successit Ludouicus natu maximus filius,* 21 *Iulij coronatus: cuius res gestas narrant historici Hungarici & alij & ex iis Odoricus & Bzouius in Annalibus. Nonnulla infra in Bullis Pontificiis referuntur, ex quibus constat S. Petrum è Rasciâ reducem cum Rege Ludouico egisse.*

Ludouicus Rex Hungariæ.

b Guerra, *siue* Guarra, *pro bello à medij æui scriptoribus sæpius vsurpatum: à Germanico* Werre *dissidium, vnde & Belgis* Werren *&* vervverren, *turbare, intricare. Consule Spelmannum, Vossium aliosq;*

Guerra.

c *Anno Ch.* 1356, *mense Iunij cœpit* Taruisium *obsidere, quòd* Zadra, *seu* Zara, *antiquis* Iadera, *vrbs maritima Dalmatiæ, à Venetis detineretur. Cortusij lib.*11 *cap.* 8. *Thurocius cap.*25 *&* 26.

d *Infrà in Bullâ* decimas trium annorum *obtulit.*

e *Is erat* Ioannes Gradonicus, *ad quem extant infrà dandæ Litteræ Apostolicæ, mortuus* 28 *Augusti huius anni* 1356. *Electus* Ioannes Delphinus, *intra Taruisium obsessus.*

f *Cortusij hæc ita confirmant:* Mense Octobris inter Regem & Venetos treguæ (*seu* induciæ) statuuntur per quinque menses. His finitis, de pace magnâ fuerunt

runt colloquia, sed sine fructu.

g *Hungari* Zadram *expugnarunt 17 Septembris an. 1357. partem exercitus ceciderunt an. 1358, mense Ianuario: quo anno pacem hac conditione conclusam referunt Cortusij cap.* 11 quòd Dominus Dux & commune Venetiarum omnes ciuitates & castra sita in Crouatiâ & Dalmatiâ liberè debeant relaxare, & quòd in suis litteris de cetero Dominos Dalmatiæ & Crouatiæ se non debeant nominare. Ipse verò Rex contrà obtulit, quod tenebat in Episcopatu Taruisij. Hanc pacem, magis necessariam quàm vtilem, Dominus Dux & omnes ciues laudauerunt. *Hæc de pace hac Cortusij, & simul historiam sui temporis concludunt.* Pax Veneta cum Hungaris.

CAPVT V

Legatio S. Petri Constantinopolitana. Ecclesia Orientalis Romanæ reconciliata.

28 INterualllis autem aliquibus temporibus, noua in Curiam Romanam venerunt, videlicet quòd *a* Imperator Constantinopolitanus ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ venire volebat. Quod valdè difficile erat credere, quia ab antiquo Græci separati sunt ab Ecclesiâ, & multoties in tractatibus Ecclesiam Romanam illuserunt. Nihilominùs Papa Innocentius vnionem Ecclesiarum desiderans, & filiorum peccata non recordans, sicut pius Pater aduertens, considerans, & concludens, quod

Mittitur Legatus Apostolicus Constantinopolim: quod si per doctrinam & prædicationem alicuius Prælati Ecclesiæ Romanæ Imperator prædictus, & eius populus Græcus ad veram obedientiam Ecclesiæ, Deo inspirante, venirent, per Dominum Fratrem Petrum, in talibus adeò consuetum. Et onera sanctæ Ecclesiæ desperata super humeros suos assumens, de Deo confisus, auctoritate Apostolicâ fulcitus, de Curiâ versùs Constantinopolim recessit Nuntius Apostolicus. Tandem post multos labores & pericula infinita Constantinopolim venit. *adit Imperatorem:* Posteà in quodam exercitu, vbi Imperator erat, venit, ibique ab Imperatore & suis Baronibus cum magnis laudibus & honoribus receptus fuit: & legatione suâ subtiliter, demonstratiuè, & deuotè Imperatori expositâ, cum Imperatore remansit, & responsionem non habuit: quia Imperator illo tunc factis armorum impeditus erat. Sed verba ipsius Domini Fratris Petri in cor Imperatoris intrauerant, & ipsum mollificauerant, necnon & aliorum *benignè ab eo excipitur:* quamplurimorum Baronum Græcorum, in honorem & beneuolentiam. Ecclesiæ Romanæ ipsum Dominum Fratrem Petrum multùm honorauerunt, & lautè ei procurauerunt necessaria.

29 Tandem aliquo tempore interuallo, & Domino Fratre Petro semper de fide Catholicâ cum Græcis disputante, dubiaque & cæcitatem ipsorum à Spiritu sancto per demonstrationem

tionem clarè ſoluente, deuotas orationes ad Deum faciebat, & corpus ſuum afflictionibus & ieiuniis macerabat, vt ad verum lumen Eccleſiæ Romanæ cæcitatem Græcorum reducere valeret. Quid plura? Quidam malè loquebantur, & alij benè. Sed Imperatore ciuitate Conſtantinopolim adueuiente, & Domino Fratre Petro continuè ſibi prædicante & docente, ipſe Imperator factus eſt verus Catholicus, & obediens Eccleſiæ Romanæ, articulos fidei ſigillatim confitendo, & ſanctam Eccleſiam Romanam eſſe matrem ſuam aſſerendo: & hoc in manibus ipſius Domini Fratris Petri, tactis manibus ad ſancta Dei Euangelia. Iurauit etiam promittere ſeruare, & facere obſeruari pro poſſe, quæ ad ſanctam Eccleſiam Romanam pertinent: necnon Patriarcham Græcum perfidum, & vnitatis Eccleſiæ inimicum promiſit deponi, & vnum alium Catholicum eligi debere. Et ne ea quæ Imperator confitebatur & obſeruari promittebat, irrita haberentur, admonitionibus piis & diuinis ipſius Domini Fratris Petri mediantibus, Imperator tamquàm fidelis Catholicus & deuotus de manu ipſius Domini Fratris Petri Apoſtolici Nuntij corpus Dominicum ſuſcepit deuotiſſimè. Longum enim eſſet ſcribere ea, quæ Deus per manum ſerui ſui Domini Fratris Petri ibi fecit ad laudem Dei & Eccleſiæ ſuæ vnitatem, & ideò cauſsâ breuitatis dimittam. Sed

eum reconciliat Eccleſiæ Romanæ.

ſacram ei communionem tribuit.

vt appareat ſubſtantia prędictorum, quoddam instrumentum Imperiale, ex prædictis Summo Pontifici miſſum, inferiùs reſerabo ad laudem Dei, qui per eumdem Dominum Fratrem Petrum tanta bona in Eccleſiâ Dei fecit. Forma autem inſtrumenti talis eſt:

Litteras Imperatoris ad Pontificem, mittit,

30 Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino Innocentio, Dei gratiâ ſacroſanctæ Romanæ ac Catholicæ Eccleſiæ ſummo Pontifici digniſſimo, Ioannes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum, reuerentiam quæ eſt debita & deuota. Sanctiſſime Pater, in exercitu noſtro, qui erat contra inimicos, venit Reuerendiſſimus Pater & Frater Dominus Petrus Pactenſis Epiſcopus cum alio Fratre *b* Guilhelmo Epiſcopo *c* Siſopolitanenſi. Et dictus Dominus Frater Petrus Veſtræ Sanctitatis Nuntius ſex litteras obtulit, in quarum lectione lætatum eſt Imperium noſtrum & exultauit. Etenim inuenimus in illis, quòd Veſtra Sanctitas ſcribit, quòd nós iurauimus & diximus, quòd ſumus fideles, obedientes, & deuoti, ac reuerentes cum multis Baronibus noſtris, vobis & ſucceſſoribus veſtris, ac ſanctæ Romanæ ac Catholicæ Eccleſiæ. Et aſſerebatis in ipſis litteris veſtris, quòd vos & Domini Cardinales & Epiſcopi veſtri multùm lætati eſtis, & hortabamini nos, vt quod incepimus, opere perficeremus. Et vos veſtros Prælatos & Barones in noſtrum adiutorium prouocaretis

vocaretis contra Turcos & alios fidei inimicos. Et quòd dictus Dominus Frater Petrus nobis referret vestram voluntatem. Qui prudenter à nobis quæsiuit nostram intentionem, si confiteremur quæ Sancta, Romana ac Catholica Ecclesia prædicat & docet. Et cùm tunc non potuerimus respondere, voluimus Constantinopolim accedere, & ibi respondere: tardauimus propter aliqua quæ contigerunt nobis. Post hoc Constantinopolim venientes dedimus operam, vt plenariè responderemus.

31 Scitote ergo, Sanctissime Pater, quòd cum omni solicitudine, quâ possumus, laborauimus, & laboramus, vt Ecclesia nostra Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vniatur, & cum consilio & deliberatione Baronum nostrorum dicto Domino Fratri Petro respondimus, quòd, sicut promisimus, ita volumus, & sumus obedientes & fideles ac deuoti Romanæ Ecclesiæ: imò & promittimus & iuramus, & firmiter ego promitto & teneo omnia integrè, quæ sancta Romana Ecclesia tenet, & ipsâ fide volo viuere & mori, & nullo tempore ab ipsâ discedam. Et sic promisi dicto Domino Fratri Petro, & in manibus suis iuraui, præsentibus Episcopis multis: & seruabo amodò fidem & fidelitatem summo Pontifici, quam seruant alij Principes Romanæ Ecclesiæ. Nunc autem hoc facere non possum, quòd totus populus obediat: quia non omnes sunt mihi fideles, nec obediunt,

quibus is profitetur fidem Catholicam,

obediunt, & multi insidiantur, vt habeant occasionem contra me. Sed omnino complebo & firmabo vobis, si adiutorium mittatis quod quæsiui, & nullus erit qui contradicat. Scio e-
d nim quòd si venerit Legatus vester cum *d* galeis & adiutorio quod quæro, omnes subiicientur, & erunt fideles vobis. Et nunc, Sanctissime Pater, ne contemnatis me filium vestrum: omne enim genus meum *e* à principio voluit obedire Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ, & fidele fuit & subiectum, & etiam *f* proauus meus vsque in finem vitæ suæ: & in obedientiâ, fidelitate, & deuotione prædictis decessit. Et sic faciam ego omnino Deo auxiliante. Igitur ne contemnatis me filium vestrum, nec spernatis ciuitatem & terram meam, cum exiguo ei adiutorio, & omnia vobis subiicientur. Multa bona fecit nobis Deus, postquàm accepimus per dictum Dominum Petrum benedictionem vestram. Statim enim accepimus viuum magnum Principem Turcorum, & subiecerunt se nobis multa castra. Necnon, *g* qui se fecerat Imperatorem, habemus in carceribus nostris, cum vxore & pueris suis: & credimus quòd totum est factum propter benedictionem vestram, de quâ multùm speramus. Omnia quæ scripsimus volumus adimplere.

& implorat auxilium cōtra Turcas,

e

f

benedictione Legati victoriam adeptus:

g

h 32 Voluimus autem & *h* filium nostrum
i *i* Despoten Sanctitati Vestræ destinare: sed Dominus Legatus non iudicauit ad præsens id

id fieri. Spero autem quòd in breui veniet ad Vestram Sanctitatem: & vtinam ego ipse possem venire ad exhibendum reuerentiam quam debeo! Quæ autem scribere propter multiloquia obmisimus, dicto Domino Legato commisimus Vestræ Sanctitati referenda. Propter *k* Patriarcham verò non dubitetis: deponam enim eum & ponam alium, quem scio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ esse fidelem. Gratias autem ago vobis, quia misistis sic nobis sapientem virum & prudentem, de quo Imperium nostrum multùm est consolatum, & omnes Romæi & Latini: propter doctrinam enim suam in meliorem vitam sunt mutati & confirmati. Recommendo me ipsum & meum Imperium Vestræ Sanctitati. Ad securitatem prædictorum & manifestam adimpletionem præsens insertum iussit fieri Imperium nostrum, quod *l* rubeis litteris manu propriâ more consueto signauit, & *m* aurea bulla est appensa. Scriptum est enim Constantinopoli in nostro à Deo custodito palatio Blachernarum, anno à constitutione mundi *n* sexto millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, mensis Nouembris septimo die, Indictione vndecimâ.

constituit filium ad Pontificem mittere, schismaticum Patriarcham deponere.

k *l* *m* *n* 1358

33 His omnibus laudabiliter peractis non solùm Græci ad veram fidem reformati, & in meliorem vitam mutati; sed etiam Latini & *o* Ianuenses & aliæ nationes Christianorum illic commorantium per sanctam prædicatio-

o

Latinos Constantinopoli agētes confirmat S. Petrus.

nem & doctrinam, necnon & deuotá conuersationem ipsius Domini Fratris Petri ædificabantur in deuotione & vnitate Ecclesiæ Romanæ, & lætantes animabantur contra Turcos, ad sustinendum bella Dei in pace Ecclesiæ.

a Ioannis Palæologus, *dictus* Caloioannes, *filius iunioris Andronici, accepto à tutore* Ioanne Cantacuzeno *imperio (de quo ipse Cantacuzenus lib. 4 historia cap. 41 & 42) misit ad Pontificem: vti hic infrà in Bullâ indicat. De tempore legationis suprà actum.*

b *VVaddingus in Annalibus Minorum scribit* Minoritam *fuisse. In Bulla Innocentij ambo* pauperes spiritu *dicuntur.*

Sisopolis.

c *Est* Sisopolis, *in MSS.* Cysopolis, *vrbs ad Pontum Euxinum, nunc Bulgariæ adscripta, olim Thraciæ, &* Sozopolis *dicta, sub metropoli Hadrianopoli.*

Galea.

d Galea *vox notissima, pro naui longâ, remis actâ, eoq; actuariâ dicta: ea comprehendit triremem, biremem, & quæ hodierno vsu vnum remigum vsum habet: hinc* galeota, *remex in tali naui, aut parua nauis.*

Michaël Palæologus Imp. Catholicus.

e *Primus Palæologorum fuit* Michaël, *qui Constantinopolim Latinis Imperatoribus anno* 1261 *eripuit, Legatos misit an.* 1274 *ad Lugdunense Concilium, & conditum in eo decretum fidei ratum habuit. Obiit, teste Nicephoro Gregorâ, anno Græcorum* 6791, *Christi* 1283. *&, quòd se cum Romano Pontifice coniunxisset, ab* Andronico *filio, ne plebeio quidem ritu est sepultus, haud procul castris, in quibus tunc erat, humo obrutus.*

Andronicus fil. schismaticus.

f *Proauus* Andronicus *senior, Schismaticorum summus fautor, ideoq; à Clemente V. III Nonas Iunij, anno Pontificatus eius 2. Christi* 1307. *excommunicatus. An hunc à nepote Andronico Iuniore in monasterium detrusum vult resipuisse? Certè grauissimo morbo liberatum esse per aquam fontis* B. Mariæ, *& moriturum petiisse habi-*

tum

tum monasticum scribit Cantacuzenus lib.2 cap.16 & 17. Videtur potiùs hîc proauus pro abauo positus. De abauo Caloioannis Michaële *Catholico iam dictum.*

g Matthæus *is erat, filius Cantacuzeni, de cuius, uxoris, duorum filiorum, & totidem filiarum captiuitate, agit Cantacuzenus lib.4. cap.45.*

h Manuelem, *vt in priore epistolâ apud Bzouium an.* 1355 *num.39 scribit. Hic posteà imperium administrauit, Princeps pius, prudens & eruditus.*

i Δεσπότης Dominus *Hanc appellationem Imperatori, filiis eius, & generis potissimùm tributam, docet Pontanus noster ad Cantacuzenum.* Despota.

k *Hic* Callistus *erat, de quo passim Cantacuzenus; de eius legatione ad Triballos & obitu cap. vltimo, libri 4.*

l *Nicetas lib.1. vocat* γράμματα ἐρυθροσήμαντον σφραγῖδί τε χρυσείᾳ καὶ σηρικῷ νήματι ἔμπεδον, κόγχης ἀναδευμένῳ αἵματι litteras rubricâ notatas, sigilloque aureo, & serico filo munitas, quod conchæ sanguine tinctum erat.

m *Zonara tom 3* γραφὴ χρυσόβουλλος. & χρυσοσήμαντος, epistola aureæ bullæ, & aurei sigilli *dicitur.*

n *Is annus Christi est 1357, inchoatus à Septembri.*

o *Genuenses: ita pro Genuâ dicitur Ianua.*

C A P V T VI

Iter S. Petri in Cyprum & Palæstinã.

34 TEmpore autem ordinato Dominus Frater Petrus Imperatori cum lacrymis valefaciens, versùs regnum Cypri nauigauit. Et applicante eo ad ciuitatem Famagustam Rex *a* Hugo bonæ memoriæ Ierusalem & Cypri *a*

Ab Hugone Rege Cypri magnificè exceptus, præclarissimus & Catholicus inter omnes Reges Christianorum, aduentum ipsius Domini Fratris Petri in regnum suum audiens, obuiàm sibi personaliter iuit cum tantis honoribus & solennitatibus, quòd maiori Prælato Ecclesiæ Dei sufficisset, & Episcopum in ciuitatem suam *b* Nicosensem duxit. Dominus Frater Petrus videns sibi honores vltra modum per Regem inpensos, ipsos quantùm poterat recusabat, Regi benignè dicens: Non sum Nuntius, siue Legatus Papæ, sed quidam Frater peregrinus pauper, desiderans sepulchrum Domini visitare: & ideò placeat Regali Maiestati mihi istos honores non facere, quia non sum dignus tantis honoribus. *honorem declinat:* E contrà Rex dicebat: Domine Episcope, benè cognoscimus vos, & quæ per manus vestras Dominus facere voluit: etsi non essetis Nuntius Papæ, neque Episcopus, nihilominùs quia Magister in Theologiâ estis, & propter virtutes vestras, honorare vos vellemus. E contrà Dominus Frater Petrus se humiliando, & sacram Scripturam piè allegando, respondebat: & sic pia lis intèr ipsum & Regem oriebatur. Tandem Dominus Frater Petrus coram Rege prædicans, Rex multùm ipsum laudabat, & ampliùs honorabat, & omnia signa amicitiæ familiariter sibi ostendebat.

35 *morbo correptus,* Deo verò permittente, Dominus Frater Petrus quamdam infirmitatem magnam habuit

habuit in Cypro: de quâ ipſe Rex & omnes ſui in immenſum doluerunt. quod benè oſtenderunt. Nam omni die infirmitatis ipſius Fratris Petri *c* Regina Ieruſalem & Cypri manibus propriis cibum ipſius præparabat, nec de cibo alio comedebat. Quæ res non modicum eſt miranda. Pluribus enim diebus infirmitas eius durauit, ſed Deo fauente, & Reginâ miniſtrante, conualuit & ſanatus eſt.

c Reginæ manibus paratum cibū quotidie accipit.

36 Vale ergo Regi & Reginæ faciens, ipſis regratiando de beneficiis, ad viam Ieruſalem ſe diſpoſuit: & contra conſilium Regis, qui periculum ipſius Domini Fratris Petri, & malitiam Saracenorum benè cognoſcebat, & quòd via ſua Saracenis manifeſtaretur, pro falſis Chriſtianis mercatoribus intimauit. Ipſe verò admonitionibus Regis non acquieſcens, de Deo confiſus, mare transfretauit, & Ieruſalem peruenit. Quomodò autem à fidelibus Chriſtianis receptus fuit, longum eſſet ſcribere. Viſitauitque ſepulchrum Domini, & alia loca ſancta, cum tantâ deuotione & lacrymarum effuſione, quòd omnes fideles prouocauit ad lacrymas. Quomodò autem ſuper ſepulchrum Domini celebrabat deuotiſſimè, quomodò pro Fratribus Chriſtianis Deum deuotè exorabat, quomodò Chriſtianos in Ieruſalem & Terram ſanctam inhabitantes piè confortabat, etiam vſque ad mortem pro Chriſto ſuſtinendam, quomodò martyrium affectabat, non valerem

it Hieroſolymam:

inuiſit loca ſacra:

lerem verbis exprimere. Quid plura? Multi ac multi sibi dicebant: Pater, non potestis euadere corporalem mortem: nam agnitus estis Papalis Nuntius esse. Ipse verò confortatus in Domino Iesu, talia verba paruipendens, toto corde martyrium desiderans, si à Deo esset, velut alter Franciscus. Nam omnes Christianos cuiuscumque nationis, quos habere potuit, congregauit in montem Sion *d* circa horam tertiam, coram omnibus Saracenis aduenientibus omni tempore, postposito omni timore, gloriosè & authenticè prædicauit. Illo tunc Saraceni murmurauerunt, & timor inuasit omnes Christianos. Quidam autem Saraceni & falsi Christiani dicebant, Quia bonus est; alij verò, Malus est.

d publicè concionatur:

37 Ipse verò peregrinatione suâ peractâ, gratias Deo agens, per medium illorum ibat, & nemo in eum manum posuit, & reuersus est Cyprum sine aliquo impedimento. Rex autem ipsum videns, & quæ fecerat inter Saracenos audiens, dulciter ipsum recepit admirando, & plusquàm admirando, & Deo regratiando, quòd à Saracenis viuus euaserat. Ipse quidem suæ præparationis impediente caussâ, aliquibus temporibus in Famagustâ *e* remanente, Creatori suo Virginique gloriosæ sic totis viribus humiliter seruiebat, quòd omni mediâ nocte vel circà, in camerâ suâ prostratus in terram tam deuotè & tam feruidè, & sic tam in-

redit in Cyprum:

e

centè

tentè in orationes prorupit, vt quasi raptus nihil mundani sentiret. Vnde quidam suus Capellanus vnâ vice, dum per suam cameram extinctâ luce pergeret, super ipsum Dominum Fratrem Petrum transiuit, nec ab eodem sentitus fuit, vt narrabat. Et eisdem horis, quibus sic in orationibus prostratus erat, ignis de cælo super cameram ipsius per Armenos & alios ibi vicinos & confines visus est quampluries descendere. Quod miraculum non solùm per præfatos Armenos & Græcos, verùm etiam per schismaticos & fidei Catholicæ alienos, & qui hoc, vt dictum est, viderant, est indubitanter approbatum. Ob cuius reuerentiam & perpetuam memoriam Fratres Carmelitæ ipsius domus in Famagustâ in aurorâ diei cuiuslibet Missam constituerunt celebrari.

feruenter noctu orat.

igne supra cubiculum eius apparente.

38 Omni autem intentione suâ completâ, Rege & populo eius per prædicationem & sanctam conuersationem ipsius Domini Fratris Petri ædificatis, ipse valefaciens Regi reuersus est ad Curiam Romanam, & à Papâ Innocentio & omnibus Cardinalibus gloriosè visus est. Post aliqua tempora præclarissimus Hugo Rex Ierusalem & Cypri prædictus, Papæ Innocentio misit epistolas, in quibus continebatur, quòd Soldanus audiens aduentum ipsius Domini Fratris Petri Papalis Nuntij in Ierusalem, eius prædicationem, & recessum de terrâ suâ, timuit & doluit, & pro Admirato Ierusalem

redit Auenionem.

statim

statim misit, & ipsum decollari fecit, eò quòd ipsum Dominum Fratrem Petrum de terrâ suâ permisisset exire..

Lusiniani Reges Cypri. a Hugo Lusinianus, *infrà num.* 48. de Lesignico, *cuius maiores à Pictonibus Galliæ (vbi* Lusiniacum castrum, *ciuilibus bellis á Duce Monpenserio ann.Chr.*1575. *euersum) oriundi, in Palæstinâ militarunt:ex quibus* Guigo Lusinianus *vltimus Hierosolymorum Rex,vrbe à Saladino Ægypti Calyphâ an. Ch.* 1187 *expugnatâ. regnum Cypri ab Henrico II Rege Anglorum emit,summâ,pro quâ Templariis erat oppignoratum , repræsentatâ. itaq; eo regno Lusinianorum familia potita est ad annum vsque Ch.* 1476 *quo, extincto* Iacobo *puero,deuenit in potestatem Venetorum.*

b *Est* Nicosia *sedes regia & archiepiscopalis.*

Leonora Regina. c Leonora *VVaddingo, filia Petri Principis Aragonij, Comitis Ripacurtiæ, & Montaneorum, Iacobo II. Rege Aragonum prognati, quem Surita tomo 2 hist. Aragoniæ lib. 9 cap.72 Comitem Ripacurtiæ, & Empuriarum vocat.*

d *VVaddingus,* in æde Fratrum Minorum.

e In cœnobio Carmelitarum.

Admiratus. f *Sic infrà num.*4. Admiratus Hospitalis militiæ. *Apud Bulingerum lib.* 8. *de Rom.Imper.cap.*83 Amiræus *dicitur* Princeps Senatus Saracenorum.*Matthæus Parisius* ad an. 1272 *ista scribit:* Amiralius Ioppensis, natione Saracenus : quæ dignitas apud nos *Anglos* Consulatus *vocatur.*

CAPVT VII

Episcopatus S. Petri Coronensis: Legatio Apostolica vniuersalis in Oriente. Creta ab hæresi purgata.

39 PApa Innocentius informatus de diligentiâ, ſapientiâ, & virtutibus ipſius Domini Fratris Petri, & quomodò Dominus per manum eius in omnibus viis eius & legationibus operabatur, Eccleſiam ſuam ſanctam multiplicando & ſublimando; informatus etiam per epiſtolas Regis Ieruſalem & Cypri ac ipſius Imperatoris Conſtantinopolitani de virtutibus eius; ipſe Papa, de conſilio Cardinalium, determinauit ipſum Dominum Fratrem Petrum Pactenſem Epiſcopum ad partes *a* Romaniæ & Cypri mittere, non Nuntium Papalem ſingularem tantùm, ſed *b* Legatum Sedis Apoſtolicæ ſpecialem & vniuerſalem, vt in partibus prædictis ædificare, plantare, euellere, contra inimicos fidei bellare, ſchiſmaticos ad vnionem Eccleſiæ reducere, & ad omnia alia, quæ ad officium plenæ legationis Apoſtolicæ pertinere deberent. Et Papa dedit ei in augmentationem ſtatus ſui Eccleſiam Coronenſem. Ipſe autem Legatus priuilegiis Apoſtolicis munitus, benedictione

a *b* *Legatus Apoſtolicus vniuerſalis in Oriente mittitur.* *antè creatus Epiſcopus Coronenſis.*

dictione Apostolicâ acceptâ, ad partes sibi iniunctas peruenit. Et officio suæ legationis fungens, galeas Venetorum, Hospitalis, & aliorum fidelium congregauit. Et ciuitatem Smyrnarum sibi commissam, & alia loca suæ legationis Christianorum, piè & strenuè visitans, Constantinopolim peruenit. Et Imperatorem contra Turcum guarram facientem, & adiutorio indigentem, ipse Legatus plurimarum galearum comitatu associatus visitauit, & eum, sicut priùs promiserat, confortauit. Et omnes suæ legationis Christianos in guarram Turcorum piè animauit: multa bona spiritualia & temporalia offerens & promittens ibidem Imperatori prædicto & omnibus Magnatibus, & populo suæ legationis prædicando, sanctè conuersando, & corporaliter bellando ædificabat: multa opprobria inuidorum & detractorum & falsorum Christianorum sustinebat, & multos labores corporales & pericula infinita pro multiplicatione fidei incurrebat; & plures victorias magnas intrinsecus & extrinsecus contra Turcos sibi dabat Deus.

Iuuat Imperatorem contra Turcas:

40 Nam inter alias ipsemet cum galeis prædictis & galeis Imperatoris consilio ventilato, ad quoddam castrum Turcorum, c Lapzacum vocatum, à mari satis remotum iuit. Ipse quidem & sui manu forti castrum fortiter expugnauerunt, & tandem adiutorio Dei, & admonitionibus feruentibus ipsius Legati, post multos

castrum Lapsacum expugnat: c

multos labores & pericula, castrum fortiter obtinuerunt: & gratias Deo agentes, castrum expoliauerunt & combusserunt, & consilio determinato posuerunt se ad viam galearum. His peractis Turci flammam habitationis eorum videntes, & dolentes, in magnis turmis congregati inter mare & castrum in insidiis latitabant, vindicare se de Christianis cupientes. Dominus autem Legatus de vitâ & morte in Domino confortatus, quinquaginta militum Hospitaliorum, plurimorum Venetorum, Ianuensium, Anglicorum, Græcorum, & aliorum Christianorum turmâ associatus, agmine suo ordinato versùs galeas ordinatè tendebat. Et ecce Turci in diuersis turmis de insidiis exeuntes, vlulantes & vociferantes vnanimiter in nostros Christianos fortissimum impetum fecerunt. Et statim alio alium non expectato, omnes marinarij Christiani, & alij quamplures, vexilla sua relinquentes, viliter & in opprobrium fidei Christianæ ad galeas fugerunt. Dominus autem Legatus intestinis dolens cum militibus Hospitalaribus & nonnullis aliis occidentalibus paucis, Turcis restitit, & faciem non mutauit. Illo nunc bellum aggrauatum est, quia Christiani nostri paucissimi, & Turci infiniti erant; semper defendendo & inuadendo Turcos nostri Christiani versùs galeas se trahebant. Tandem strenuitate militum Hospitaliorum, necnon & aliorum paucorum, & strenui-

Turcis ex insidiis irruentibus

generosè cũ paruâ suorum manu resistit.

ſtrenuitate & benedictione ipſius Domini Legati Turcis *d* deuictis & retroactis, Deo operante galeas aſcenderunt. In bello quoque prædicto ſeptem de familiâ Domini Legati viriliter defendendo occiſi ſunt, & quamplures alij Chriſtiani fugientes. De Turcis verò trecenti mortui ſunt & Capitaneus eorum. Et ſic voluit Deus Legato ſuo victoriam dare in captione caſtri, & in bello quoque virtutem eius & conſtantiam oſtendere, & in fine belli de inimicis eius vindictam accipere.

41 Talibus autem operibus, videlicet prædicando, docendo, bellando, infideles baptizando, ſchiſmaticos reducendo, & Eccleſiam Dei multiplicando, Dominus Legatus continuè militabat, modò in Smyrnis, modò in Rhodum, modò in Conſtantinopolim, modò in Cyprum, modò in inſulam Cretæ, modò in Turciam, modò cum multis galeis, modò cum paucis; & aliquando ſoli proprio corpori non parcebat nauigando & guarram faciendo, opportunè quoque & importunè, in hieme ſicut in æſtate, in periculis maris, in periculis bellorum, in periculis hominum, & continuò in falſis fratribus, lætanter omnia ſuſtinebat. Et tantùm laborauit Deo auxiliante, quòd tempore legationis ſuæ durante communiter Turci perdiderunt. Nam vnus de maioribus Principibus Turcorum, videlicet Dominus de *e* Harelogo, tributum reddidit, quòd numquàm anteà

quemdam Turcam Eccleſiæ tributarium facit:

anteà alicui Legato vel Christiano fecerat, & Christianos abinceps in terram suam semper honorauit.

42 Posteà autem Dominus Legatus in legatione suâ sic proficiens, ab insulâ Crete noua audiuit, quæ cor eius non modicum conturbarunt, videlicet quòd quædam hæresis abominabilis in insulam prædictam pullulabat, & specialiter inter Nobiles & Maiores illius insulæ. Dominus autem Legatus extinguere desiderans *f* hæresim antequàm fortificaretur, omnia alia negotia suæ legationis postponens, in Candiam cum solâ galiotâ applicuit; & hoc contra consilium omnium amicorum suorum, duabus de caussis. Nam galeas Venetorum plures ipse Legatus retinuerat, per verba suæ miræ prædicationis, in seruitium Dei contra Turcos, per aliqua tempora vltra terminum galeis datum per Dominationem ipsorum. Et amici Legati dubitabant, quòd, si veniret in Cretam, Dux Cretarum à Legato de facto repeteret propter stipendia galearum prędictarum, quod impossibile erat Legato soluere. Alia caussa erat, quòd non iret Cretam, quia principalis illius hæresis erat cognatus germanus vxoris Ducis Cretarum: & ideò amici eius timebant. Ipse autem Legatus Deum magis timens, quàm homines, & mortem proprij corporis & amicorum paruipendens, de Deo confisus, & officio suo strenuè fungens, omni timore postposito,

quamdam hæresim oppressurus Cretam petit,

f

contemptis propositis periculis:

posito, ciuitatem Candiæ aſcendit, ibique à Duce non tamquàm Legatus vel amicus, ſed quaſi inimicus receptus eſt. Et ideò ſupradicta dubia amicorum Legati & vltrà euenerunt. Nam Dux prædictus, viam Dei neſciens, ſtipendia galearum prædictarum à Legato importunè, ſuperbè, & cum minis repetiit. Legatus autem verba eius ſapienter diſſimulans, de hæreſi ſubtiliter inquirebat, & tempus tranſibat.

43 Inuentâ autem hæreſi, hæreticos in ciuitatem Candiæ commorantes Legatus coram ſe vocari fecit, inter quos cognatus vxoris Ducis vnus illorum & maior erat. Iam hæretici hæreſim ſuam firmauerant, inſulam & fideles multos corruperant. Hæretici verò collatione factâ, ad præſentiam Legati cum ſuperbiâ, arrogantiâ, & indignatione venerunt. Legatus autem dulciter & piè eos in quodam ſermone ipſos de fide examinauit. Ipſi autem verba bona & dulcia Legati paruipendentes, arroganter & non ad propoſitum reſponderunt. Tunc Legatus ipſos diuidere voluit, & ſigillatim vnumquemque examinare, petens pro parte Eccleſiæ Romanæ adiutorium à brachio ſeculari, videlicet à Duce. Dux verò iſta audiens, furibundus & malè diſpoſitus, & ab vxore agitatus, ad Legatum venit, & multa opprobria ſibi dixit, adiutorium ſibi negando & ipſum minando. Quo facto quoddam murmur,

-citat hære-ticos:

opprobriis laceſſitur:

mur, ad promotionem amicorum hæreticorum, in ciuitatem & insulam, & in mortem eius & suorum Latinorum Ecclesiæ Romanæ surrexit. Et tunc omnes familiares ipsius Legati reputabant se mortuos, & Domini sui horam mortis expectantes. Legatus autem talia videns, in Domino confortatus, nihilque timens, omnes suos Latinos Ecclesiæ suæ Romanæ piè confortabat, & vsque ad mortem pro eis sustinendam pro fide Catholicâ, si expediret, laborauit.

44 In crastino autem Legatus virtutem Dei & Ecclesiæ suæ ostendens, Ducem & totam ciuitatem pulsatis campanis interdixit & excommunicauit, officium diuinum suspendit, & ostia omnium ecclesiarum Latinorum claudi fecit, & Duci talia verba dixit, quòd omnes mirabantur, dicendo, quòd Ecclesia Romana fidelibus regna dabat, & ab infidelibus regna leuabat: & in casu quòd inobedientes & hæresim sustinerent, Dominus Papa à Venetis Dominationes Cretarum leuaret, & alteri daret.

Ducem excommunicat, & ciuitati sacra interdicit, aliis additis minis:

45 Dux verò audiens magnalia Dei. & opera quæ à Deo faciebat, consilio habito, timor Dei percussit cor eius, & incepit timere Papam & Dominationem suam Venetorum. Tunc mollificatus à Deo, personaliter ad Legatum venit, veniam sibi petens de præmissis. Legatus humiliter eum recepit, & per verba

resipiscentes in gratiam recipit:

ſanctâ ab omni malitiâ ipſum & alios reuocauit. Et taliter quòd Dux,& conſilium ſuum in examinatione hæreticorum fuerunt, & à Legato in præſentiâ Ducis condemnati fuerunt in mortem ignis. Hæretici iuſtè condemnati, hæreſim ſuam coram omnibus confeſſi ſunt,quam coram Legato & omnibus reuocauerunt,& deuotè veniam petierunt. Cognatus autem vxoris Ducis in hæreſim perſeuerauit, & per Ducem proprium, brachium ſeculare, combuſtus fuit. Miranda res, & pluſquàm miranda fuit. Nam Cretenſes tunc fautores hæreticorum,qui antè dentibus in Legatum fremebant, modò ipſum quaſi adorant & venerantur, & à Duce & Nobilibus inſulæ mirabiliter honoratus, quidquid petebat adimplebatur.

hæreſiarcham pertinacem comburi curat,

46 Ipſe autem Legatus hæreſi extirpatâ & eradicatâ, Eccleſiâ ſanctâ Romanâ triumphante, & Legato lumine ſanctæ fidei inſulam Cretarum illuminante, cum beneuolentiâ & laudibus de Candiâ receſſit, & in itinere ſuo in quadam ciuitate Cretarum applicans, g Caneâ vocatâ, oſſa cuiuſdam hæretici hæreſis prædictæ effodi fecit & comburi. Et tranſiens per legationem, & versùs ciuitatem Smyrnarum, venit ad cuſtodiam, cuius Legatus ipſe labores & pericula vltrà quàm dici poſſit ſuſtinuit, modò ſtipendiarios Smyrnarum propriâ pecuniâ & ſudore ſoluendo, modò eos dulciter admonendo & prædicando, & pluribus vicibus

g *item oſſa hæretici hominis refodi & cõburi:*

cibus cum eis contra Turcos personaliter certando. Et breuiter omnes pecunias, siue de stipendiis suis propriis, siue de prædicatione & quomodocumque habere poterat, in custodiam Smyrnarum & guarram Turcorum, læ tanter ponebat, parcè viuendo. Et quidquid habere poterat de Cypro, de Rhodo & communitatibus Ianuensibus & Venetis, in tali vsu se gloriabatur ponere. *omnia sua ad bellum sacrum confert.*

a *Vt Constantinopolis* noua Roma, *ita Thracia appellata est* Romania.

b *Hæc omnia in Litteris Apostolicis infrà referuntur & explicantur.*

c *In historiâ Musulmannicâ Turcorum Leunclauij lib.* 13. Lepseke *dicitur, quod antiquis* Lampsaçum, *Asiæ ad Hellespontum oppidum. isthac haud multò antè seprimùm insuderant in Græciam Turcæ.*

d *Aliud MS.* domitis.

e *VVaddingus* Dynasta Alti-loci.

f *Infrà bullâ* 19 *statuitur generalis Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus suæ legationis, cùm facultate quâ hic refertur vsus.*

g *Vrbs Episcopalis in Cretâ Occidentali, & post* Candiam *totius insulæ præcipua. Bellonius veterem* Cydoniam, *seu* Cydonem, *existimat esse: commodissimus hic portus, sed à Turcis vltimo hactenus durante bello occupatus.* Canea.

CAPVT VIII

Inauguratio Petri Regis Cypri facta à S.Petro. Schismaticorum reductio.

47 TEmpore interuallo & bonæ memoriæ a Hugone Ierusalem & Cypri Rege viam vniuersæ carnis soluto, Petrus eiusdem primogenitus ad sceptrum regale veridicè & hæreditariè peruenit. Et quia Legatus talis & tantæ famæ erat, opera sua manifestabant, inclytus atque deuotus Princeps b coronam Ierusalem & sacram vnctionem regalem desiderans, pro Legato misit, vt ab ipso sacraretur & coronaretur. Legatus verò in Rhodo erat, & præ laboribus præcedentibus fortissimè febribus infirmabatur. Nam ad festa circa Natalem Domini in lecto iacuit vsque circa festum Paschæ proximè subsecutum. Quo festo appropinquante, & termino coronationis Regis imminente, Legatus infirmitatem propriam patuipendens, & honorem Ecclesiæ, videlicet coronationem prædictam, desiderans, ipsum, in pedibus sustinere non valens, in galeam portari se fecit. Et ipso nauigante versùs Cyprum, de infirmitate suâ valdè aggrauabatur, taliter quòd sui desperabant ipsum non posse viuum applicare Cyprum. Sed Deus, qui sanctum propositum

Euocatus ad coronandum Regem Cypri, æger eò properat:

propositum Legati cognoscebat, qui cor & renes scrutatur, in Legatum miraculum euidentissimum ostendit. Nam galeâ applicante in portu Paphensi, Legato in lecto quasi mortuo apparente, Dominus Berengarius Gregorensis Nicosiensis Decanus, eius socius, de galeâ per porticulam pauperis exiuit, ipsam post eum clausit, in ciuitatemque iuit hospitium præparari, in quo corpusculum Legati requiescere posset. Et hospitio præparato, Dominus Berengarius ad galeam reuersus est infra quasi horam à recessu eius à galeâ. Et ecce opera Dei & mirabilia eius! Nam eadem horâ, quâ recessit Dominus Berengarius Gregorensis, ad plenum sanus sine aliquâ febre vel aliquâ infirmitate de lecto surrexit, & super puppim galeæ ascendit lætus & hilaris, Deo regratians in immensum. Dominus verò Berengarius ipsum videns stantem supra puppim, cum admiratione non modicâ Legatum interrogauit, quomodò stabat; respondit, Valdè benè. Et quomodò statis? Ipse dixit: B. Gregorius me sanauit.

subitò sanatur ope S.Gregorij:

48 Descendit autem de galeâ, & venit ad ciuitatem & hospitium sibi præparatum, & abinceps nullam infirmitatem habuit. Miranda res & clarissimum miraculum est omnibus à Domino patefactum: de quo ab ipso Domino Berengatio socio cum deuotione non modicâ mihi referente, sibi amicabiliter consolanti. Le-

gatus autem tunc ad Regem veniens, si à patre honores & amicitias receperat suo tempore, à filio verò non minùs. Rex Petrus cum laudibus & magnificentiis contra eum iuit, & eum deuotè & humiliter recepit, honores decentes sibi exhibendo. Et à Reginâ matre eius, & c Reginâ consorte ipsius, & ab omnibus Nobilibus, Dominis & Dominabus, cum gaudio & honore susceptus est. Tempore autem statuto & determinato ipsius Regis coronationis, & multis prædicationibus & diuinis admonitionibus ipsius Legati præcedentibus, Rex, Regina, Legatus, omnis exercitus, & populus vtriusque sexus, in Famagustâ, cum magnâ solennitate, venerunt: & aliquibus peractis solennitatibus ad talem actum pertinentibus, ad requisitionem omnium Baronum nobilium regni, necnon & totius populi, vnâ voce clamantium; Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero solenniter associatis suffragiis, cæremoniis ad hoc pertinentibus laudabiliter & deuotè peractis, cum omni gaudio & laude Dei, in ecclesiâ Cathedrali Famagustanâ, coram omnibus, ad honorem Dei & Ecclesiæ suæ sanctæ, & multitudinem fidei, & destructionem inimicorum Crucis, Petrum de Lezignico iam coronatum coronâ Cypri, oleo sancto inunxit & sacrauit, & coronam Ierusalem hæreditariè sibi legitimè pertinentem super caput eius posuit, & ipsum solenniter coronauit: &

magnificè excipitur:

Regem coronat & inungit,

factum

factum est gaudium vniuersale ab omnibus Christianis Orientalibus, & maximè accipientibus. Et durauit solennitas post coronationem multis & multis diebus in Famagustâ, & posteà Nicosiensi, Legato semper prædicante, docente, & in viam Dei, & inimicorum fidei destructionem, Reges & alios confortando.

49 Multis autem diebus transactis ad aures ipsius Legati peruenit, quomodò Episcopi & Sacerdotes Græci, & omnis populus Græcus Cypriensis, schismatici erant, nec Ecclesiæ Romanæ reuerebantur : imò fideles nostros ad ritum ipsorum, quantùm poterant, inducebant. Legatus autem ista audiens, & clarè videns Ecclesiæ Catholicæ perditionem, suspirando condoluit & ingemuit. Ipse autem vnionem Ecclesiarum, & cæcos ad verum lumen Ecclesiæ reducere desiderans, informatione factâ, & à Rege petitâ licentiâ, Episcopum maiorem Græcorum, & omnes Sacerdotes eius, quos habere poterat, in ecclesiâ maiori Nicosiensi ad se conuocari fecit. Ibique Legatus Clericorum & sapientum Latinorum turmâ associatus, ecclesiæ ianuis omnibus clausis, ne tumultus Græcorum fieret, sedens coram altari maiori, Episcopum Græcorum & omnes Sacerdotes eius coram se vocari fecit. Ibique dulciter & demonstratiuè sacram Scripturam eis exponens, & errorem eorum clarè demonstrans, ipsos ad veram fidem & Ecclesiæ Romanæ

Schismaticos in templum conuocat.

errorum arguit,

ac quosdam conuertit; manæ veram obedientiam benignè informabat. Et iam multi & multi confessi sunt errorem eorum, & reformati sunt.

50 Sed diabolus de tantâ vtilitate Ecclesiæ inuidens, cor cuiusdam Sacerdotis obstinati & perfidi alios inflammauit, & in verba iniqua & inuoluntaria alios in ecclesiâ existentes commouit, & contra Legatum altâ voce prorupit. *tumultu contra se excitato,* Populus verò congregatus ad fores ecclesiæ, audiens rumorem verborum prædictorum in ecclesiâ, incepit murmurare & clamare contra Legatum. Et factus est subitò concursus totius populi Nicosiensis ad ecclesiam cum rumore, dicendo: Moriatur Legatus. Sacerdotes autem mali Græci in ecclesiâ strepitum populi furentis audientes, ianuas ecclesiæ aperuerunt. Et ecce totus populus furibundus cum clamore valido ecclesiam intrauit. Legatus autem hoc videns, multis Latinis fugientibus, & se abscondentibus, illis Latinis qui secum remanserant dixit: *intrepidè ad mortem se offert:* Confortamini in Domino, afferte Crucem coram me, & lætanter moriamini pro fide Catholicâ. Nec motus ab eo loco, vbi sedebat, surrexit in pedibus coram altari maiori, & facie non mutatâ versùs inimicos suos firmus stabat, & dulciter mortem expectabat. Populo autem congregante, statim ad palatium noua venerunt. Et ecce subitò, Rege præcipiente, Princeps Antiochiæ frater Regis se armauit, & plures milites cum eo, & e-

quos

quos statim ascenderunt, & ad ecclesiam cucurrerunt. Princeps autem verus Catholicus & deuotus cum baculo in manu populum percutiens, subitò de ecclesiâ eiecit: & sic gratia Dei Legatum pium à morte liberauit. Tunc omnes fideles Christiani Deo gratias reddiderunt, & Legatum Martyrem voluntarium reputauerunt.

submissis militibus, è manibus furentis populi eripitur:

51 Ipse autem Legatus à Spiritu sancto confortatus nullum timorem habuit, nec habere ostendit, & contra consilium amicorum ab inceptis non cessauit. Nam posteà Græcis prædicando, ipsos instruendo, modò cum minis, modò cum bonis verbis, officio legationis suæ strenuè fungens, & Rege Catholico & deuotissimo consentiente & fauorem dante, Legatus opportunè & importunè Episcopum maiorem Græcorum, & alios Episcopos, ferè omnes Sacerdotes Græcos insulæ regni Cypri, ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ, Deo operante, confirmauit. Quod autem per Legatum, aut Prælatum numquàm factum fuerat, & vsque hodie per manus Archiepiscopi Nicosiensis confirmati sunt, & Papæ & Romanæ Ecclesiæ obediunt. Mira res & miranda, & quanta pericula mortis magna pro Ecclesiâ sustinuit: & quanta bona in Ecclesiâ fecit: & quantas animas perditas ad cælum Deus per eum reuocauit. Ecclesiâ Catholicâ in Cypro sic multiplicatâ & decoratâ, & Ecclesiis & Sacerdotibus

Episcopos aliosq; Græcos conuertit

cerdotibus Latinis, Græcis, Armenis, Nothorinis, & aliis legè diuinâ à Legato datâ; ipse valefaciens Regi & Reginæ & omnibus aliis, multisque documentis eis datis à Rege qui multos honores & amicitias, in principio, in medio, & in fine eidem contulerat, cum lacrymis pietatis recessit, & versùs Rhodum & Turquiam gressus suos, sicut consueuerat, direxit.

abit in Rhodum.

Hugo Rex Cypri.

a *Obiit* Hugo *an.* 1362. *in itinere, cùm in Europam proficisceretur, imploraturus Regum Christianorum auxilium contra Saracenos pro recuperandâ Terrâ sanctâ.*

b *Nam ante discessum patris ex insulâ, Rex Cypri coronatus erat.*

Echiua Regina Cypri.

c *Echiuâ, filiâ Rapini Montfortij. quam sibi sanguine iunctam duceret, potestatem olim fecerat Clemens VI. IV Kal. Iunij, anno Pontificatus I. Christi* 1342. *vt ad eum annum refert Bzouius nu.* 23.

CAPVT IX

Visitatio Episcopatus Coronensis à *S. Petro instituta : reditus eius in Cyprum.*

52 IPse autem affectabat Ecclesiam suam propriam Coronensem & *a* Achaiam visitare; sed amici sui vnum dubium sibi posuerunt, dicentes, quomodò Principissa Achaiæ, quæ quondam fuerat vxor primogeniti fratris Regis

Regis Petri Ierusalem & Cypri, de quo fratre Dominum Hugonem de Lizinaco habebat, & ipsa Domina ab aliquibus malè informata ad sceptrum regni Cypri filij sui Domini Hugonis tendebat contra rationem. Et amici Legati sibi dicebant, quòd coronauerat Regem Petrum, dubitabant de indignatione ipsius Dominæ Principissæ contra Dominum Legatum caussâ filij sui, cùm ipsa etiam tenebat certa castra fortia Ecclesię Coronensis vicina: & ideò non consulebant ipsum Legatum personaliter ire in Episcopatu suo, nec in potentiâ ipsius Principissæ, caussâ prædictâ. Legatus autem de talibus dubiis parum curans, gregem sibi commissum visitare desiderans, de Deo confisus ad viam se posuit, & nauigando Coronium applicuit. Ibique à suis dulciter receptus est & ab omnibus Baronibus & Nobilibus Achaiæ cum gaudio visus, & in immensum honoratus. Legatus verò officio suo cum diligentiâ fungens, sicut consueuerat, in prouinciâ Achaiæ incepit prædicare, docere, schismaticos Græcos ad obedientiam Ecclesiæ piè reducere, Ecclesias Latinas & Rectores ipsarum reformare, Principes confortare, & populum verbo Dei nutrire, & multa bona & diuina ibidem facere. Videntes autem Nobiles illius prouinciæ sanctam conuersationem, & verba diuina ipsius Legati audientes, in vitam meliorem & deuotiorem conuersi sunt.

Visit Coronensem Ecclesiam contemptis periculis:

studiosè isthic prædicat.

53 Et quia in omnibus prouinciis, vbi Legatus officium exercebat, in omnibus legationibus suis, Deus inter omnia bona communia, quæ per ipsum faciebat, aliquod singulare miraculum ostendere voluit misericorditer pro suo seruo Legato, sicut superiùs apparet, id idem in Achaiâ ostendere voluit. Nam in Achaiâ erat quidam Baro de maioribus prouinciæ illius, qui Dominus de *b* Arcadiâ vocabatur, & ad hunc iuit. Dominus verò de Arcadiâ vxorem habens bonam & deuotam, plures filias etiam habebat, sed aliquem filium à Deo habere non poterat in multis annis. Ipse autem & vxor eius, sanctitatem ipsius Legati considerantes adeò, cogitauerunt, quòd si Dominus Legatus ipsam Dominam benediceret, hoc ipsum impetraret. Tunc Dominus de Arcadiâ Dominum Legatum ad domum propriam inuitauit, ibique ipsum magnificè honorauit, quia potens & diues vltra modum erat: & posteà caussam inuitationis coram omnibus sibi manifestauit. Legatus autem audiens deuotionem hospitis sui & hospitissæ, ipsos dulciter in Dominum confortauit. Et recordans verbi Saluatoris dicentis: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis, in recessu suo, & conuiuio facto Legatus Dominum & omnes eius ad se vocauit, & quamdam benedictionem deuotissimam & longam, sacram Scripturam multipliciter allegando, pro filio habendo

b à Domino de Arcadiâ benignè excipitur.

Ioa. 14.13. *precibus fusis, prolé masculam ei promittit & impetrat:*

habendo, diuinum adiutorium inuocando flexis genibus, Legatus deuotissimè compilauit. Et benedictione completâ, de Deo confisus, Dominæ hospitissæ suæ filium à Deo habiturum firmiter promisit: & valefaciens ad Ecclesiam suam Coronensem remeauit. Et ecce aliquibus diebus transactis, Deo operante, & Domino de Arcadià & vxore eius de promissione Legati præparantibus, Domina concepit & peperit filium, & non sunt fraudati à desiderio suo. Quæ res non modicùm est miranda.

54 Alio quidem tempore Legatus semel de Rhodo in Cyprum venire volebat, & ascendit super nauim magnam Franciæ, quæ à casu ibi applicuerat versùs Cyprum tendens. Nauigante autem naue, tanta fortuna ipsam arripuit, quòd nõ expectabant aliud quàm naufragium. Sed Deo volente, & fortunâ intumescente, nauis partes Paphenses in Cypro non in portu, sed in loco periculosissimo applicuit. Marinarij autem mortem vicinam expectantes, sanctâ collatione factâ, adiutorio humano deficiente, & in cælum adiutorium clamantes, decem & sex anchoras fortissimas in mari proiecerunt, sed fortunâ inualescente nihil profuit. Tunc omnes ad Legatum recurrebant pro auxilio diuino habendo. Legatus verò in oratione prostratus; & à Deo exauditus subitò surrexit, & quamdam crucem suam deuotè cum fune naui periclitante in mare proiecit. Et

dimissâ Cruce in mare tempestatem sedat:

eccc

rat, Cypro exceptâ, & specialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem statim iuit, & vt de solio regali descenderet postulabat, populumque adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre si Deus iram suam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare desiderans, & ne mortalitas in Cyprum veniret, manum ad pœnitentiam posuit, Clerum & cœtum congregauit, & processionem fecit, Missas placabiles instituit, & multa bona incepit.

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem, Clerum & populum:

57 Deus autem, cuius iudicia abscondita sunt, scrutans corda hominum, vt Cyprienses probaret, & gloriam suam in Legatum suum manifestaret, vsque ad Famagustam mortalitatem peruenire permisit. Itaque statim homines ex epidemiâ tacti post duos aut tres dies dissoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vsque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium nostrum versum est in luctum. Legatus autem dolore intrinseco tactus, de Deo confisus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo, & ad

& iam Cypro eodem malo infectâ,

& ad lacrymas prouocando, ſemper affirmando, quòd, ſi vellent cum Deo benè ſtare, & vitam in melius emendare, peſtilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem ſtatutum proceſſionem generalem inſtituit, omneſque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famaguſtâ paullatim creſcebat. Adueniente autem die proceſſionis, ecce Rex cum omni progenie ſuâ, Nobilibus, burgenſibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, ſimplicibus veſtimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem eccleſiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuerſis nationibus Chriſtianorum aſſociatis, nudis pedibus cum proceſſione in eccleſiam obuiàm Regi iuit. Et congregati ſimul coram Crucifixo omnibus genibus flexis ; Legatus cum lacrymis altâ voce, ſicut poterat, Clero reſpondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidiſſet lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuerſis linguis à Deo miſericordiam petere, à lacrymis etiam ſe abſtinere non potuit. Et Deus miſericordiâ motus, eos piè liberauit

instituit ieiunium in panē & aquâ:

supplicationem nudis pedibus & vilibus vestibus peragi:

& luem deprecatur:

rat, Cypro exceptâ, & specialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem statim iuit, & vt de solio regali descenderet postulabat, populumque adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre si Deus iram suam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare desiderans, & ne mortalitas in Cyprum veniret, manum ad pœnitentiam posuit, Clerum & cœtum congregauit, & processionem fecit, Missas placabiles instituit, & multa bona incepit.

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem,

Clerum & populum:

57 Deus autem, cuius iudicia abscondita sunt, scrutans corda hominum, vt Cyprienses probaret, & gloriam suam in Legatum suum manifestaret, vsque ad Famagustam mortalitatem peruenire permisit. Itaque statim homines ex epidemiâ tacti post duos aut tres dies dissoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vsque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium nostrum versum est in luctum. Legatus autem dolore intrinseco tactus, de Deo confisus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo, & ad

& iam Cypro eodem malo infectâ,

& ad lacrymas prouocando, semper affirmando, quòd, si vellent cum Deo benè stare, & vitam in melius emendare, pestilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem statutum processionem generalem instituit, omnesque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famagustâ paullatim crescebat. Adueniente autem die processionis, ecce Rex cum omni progenie suâ, Nobilibus, burgensibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, simplicibus vestimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem ecclesiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuersis nationibus Christianorum associatis, nudis pedibus cum processione in ecclesiam obuiàm Regi iuit. Et congregati simul coram Crucifixo omnibus genibus flexis; Legatus cum lacrymis altâ voce, sicut poterat, Clero respondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidisset lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuersis linguis à Deo misericordiam petere, à lacrymis etiam se abstinere non potuit. Et Deus misericordiâ motus, eos piè liberauit

instituit ieiunium in pane & aquâ:

supplicationem nudis pedibus & vilibus vestibus peragit

& luem deprecatur:

rat, Cypro exceptâ, & ſpecialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem ſtatim iuit, & vt de ſolio regali deſcenderet poſtulabat, populumq́ue adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre ſi Deus iram ſuam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare deſiderans, & ne mortalitas in Cyprum veniret, manum ad pœnitentiam poſuit, Clerum & cœtum congregauit; & proceſſionem fecit, Miſſas placabiles inſtituit, & multa bona incepit.

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem,

Clerum & populum:

& iam Cypro eodem malo infectâ,

57 Deus autem, cuius iudicia abſcondita ſunt, ſcrutans corda hominum, vt Cyprienſes probaret, & gloriam ſuam in Legatum ſuum manifeſtaret, vſque ad Famaguſtam mortalitatem peruenire permiſit. Itaque ſtatim homines ex epidemiâ tacti poſt duos aut tres dies diſſoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vſque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium noſtrum verſum eſt in luctum. Legatus autem dolore intrinſeco tactus, de Deo confiſus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo, & ad

& ad lacrymas prouocando, semper affirmando, quòd, si vellent cum Deo benè stare, & vitam in melius emendare, pestilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem statutum processionem generalem instituit, omnesque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famagustâ paullatim crescebat. Adueniente autem die processionis, ecce Rex cum omni progenie suâ, Nobilibus, burgensibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, simplicibus vestimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem ecclesiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuersis nationibus Christianorum, associatis, nudis pedibus cum processione in ecclesiam obuiàm Regi iuit. Et congregati simul coram Crucifixo omnibus genibus flexis, Legatus cum lacrymis altâ voce, sicut poterat, Clero respondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidisset lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuersis linguis à Deo misericordiam petere, à lacrymis etiam se abstinere non potuit. Et Deus misericordiâ motus, eos piè liberauit

instituit ieiunium in pane & aquâ:

supplicationem nudis pedibus & vilibus vestibus peragi:

& luem deprecatur:

 beranit

rat, Cypro exceptâ, & specialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem statim iuit, & vt de solio regali descenderet postulabat, populumque adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre si Deus iram suam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare desiderans, & ne mortalitas in Cyprum veniret, manum ad pœnitentiam posuit, Clerum & cœtum congregauit, & processionem fecit, Missas placabiles instituit, & multa bona incepit.

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem,

Clerum & populum:

57 Deus autem, cuius iudicia abscondita sunt, scrutans corda hominum, vt Cyprienses probaret, & gloriam suam in Legatum suum manifestaret, vsque ad Famagustam mortalitatem peruenire permisit. Itaque statim homines ex epidemiâ tacti post duos aut tres dies dissoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vsque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium nostrum versum est in luctum. Legatus autem dolore intrinseco tactus, de Deo confisus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo, & ad

& iam Cypro eodem malo infectâ,

& ad lacrymas prouocando, ſemper affirmando, quòd, ſi vellent cum Deo benè ſtare, & vitam in melius emendare, peſtilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem ſtatutum proceſſionem generalem inſtituit, omneſque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famaguſtâ paullatim creſcebat. Adueniente autem die proceſſionis, ecce Rex cum omni progenie ſuâ, Nobilibus, burgenſibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, ſimplicibus veſtimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem eccleſiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuerſis nationibus Chriſtianorum aſſociatis, nudis pedibus cum proceſſione in eccleſiam obuiàm Regi iuit. Et congregati ſimul coram Crucifixo omnibus genibus flexis, Legatus cum lacrymis altâ voce, ſicut poterat, Clero reſpondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidiſſet lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuerſis linguis à Deo miſericordiam petere, à lacrymis etiam ſe abſtinere non potuit. Et Deus miſericordiâ motus, eos piè liberauit

inſtituit ieiunium in panē & aquâ:

ſupplicationem nudis pedibus & vilibus veſtibus peragit

& luem deprecatur:

ecce subitò adeò data est tranquillitas maris, sicut vnquam antè fuerat. Omnes autem stupefacti & velut amentes, de liberatione eorum Deo gratias non modicas egerunt: & posteà Legato similiter gratias reddiderunt. Miranda res à Deo nostro, qui saluos facit sperantes in se.

55 Legatus autem in officio sibi commisso sic continuè proficiens, vt suprà, legationem suam circuibat. Et ecce Petrus Ierusalem & Cypri Rex, quod à iuuentute suâ desiderabat, videlicet destructionem inimicorum fidei, in lucem produxit. Nam cum exercitu valido, manu forti, expensis propriis, ciuitatem inuictissimam *c* Sathaliam personaliter adiit, & eam fortissimè *d* expugnando adeò gloriosè triumphauit: & ciuitate ordinatâ & munitâ, cum triumpho non modico in regnum suum Cypri reuersus est. Legatus verò talem victoriam inauditam cum gaudio audiens, Sathaliam venit, ecclesiam *e* constituit, Sacerdotes & Religiosos ad diuinum officium celebrandum instituit, & Christianos pro parte Regis ciuitatem custodientes in Domino animauit & confortauit, & multa priuilegia spiritualia ibidem piè reliquit. Et posteà venit in Cyprum, & manus Regis piè confortans, necem inimicorum fidei Deo laudabiliter regratiari fecit, processiones & Missas solennes pro victoriâ Sathaliæ instituit, & Regem & Nobiles populumque

c
d
Sathaliâ à Rege Cypri expugnatâ,
e

processiones & Missas in gratiarum actionem instituit.

lumque

lumque Cyprium in destructionem inimicorum fidei mirabiliter in Deum animauit.

a *Achaia propria olim erat Peloponensi ad sinum Corinthiacum prouincia, cuius vrbs primaria Patræ. Hic latiùs sumitur pro latere saltem Occidentalis Peloponnesi ad Ionium mare, vt ei Corona includatur.* Achaia.

b *Ibidem vrbs ad Amathum fluuium, fortè olim Cyparissus, hinc sinus Cyparissius nunc* Golfo d'Arcadia *dicitur. Est ibidem vicina regio Arcadia dicta.* Arcadia.

c *Ciuitas maritima & Archiepiscopalis Caramaniæ occidentalis, siue antiquæ Pamphyliæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 5. aliisq; antiquis* Attalia , *medio ferè inter Rhodum & Cyprum itinere. Meminit* Sathaliæ *expugnatæ Vrbanus V. infrà Bullâ 20.*

d *Froissardus lib. 1. hist. Francicæ cap. 216. scribit omnes in vrbe repertos fuisse occisos, quod de Turcis & quidem resistentibus solùm intelligi fortè debet.*

e *MS. nostrum,* consecrauit.

CAPVT X.

Pestilentia à Cypro miraculosè auersa. Piæ à S. Petro institutæ exercitationes.

56 LEgato autem sic regnum Cypri in amorem Dei reformante , & Rege de victoriâ Sathaliæ à Deo gloriante, ecce flagellum Domini in circuitu regni Cypri venit. Nam mortalitas & pestilentia quasi vbique erat, *Peste circumquaque grassante.*

rat, Cypro exceptâ, & specialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem statim iuit, & vt de solio regali descenderet postulabat, populumque adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre si Deus iram suam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare desiderans, & ne mortalitas in Cyprum veniret, manum ad pœnitentiam posuit, Clerum & cœtum congregauit, & processionem fecit, Missas placabiles instituit, & multa bona incepit.

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem,

Clerum & populum:

57 Deus autem, cuius iudicia abscondita sunt, scrutans corda hominum, vt Cyprienses probaret, & gloriam suam in Legatum suum manifestaret, vsque ad Famagustam mortalitatem peruenire permisit. Itaque statim homines ex epidemiâ tacti post duos aut tres dies dissoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vsque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium nostrum versum est in luctum. Legatus autem dolore intrinseco tactus, de Deo confisus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo, & ad

& iam Cypro eodem malo infectâ,

& ad lacrymas prouocando, semper affirmando, quòd, si vellent cum Deo benè stare, & vitam in melius emendare, pestilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem statutum processionem generalem instituit, omnesque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famagustâ paullatim crescebat. Adueniente autem die processionis, ecce Rex cum omni progenie suâ, Nobilibus, burgensibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, simplicibus vestimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem ecclesiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuersis nationibus Christianorum associatis, nudis pedibus cum processione in ecclesiam obuiàm Regi iuit. Et congregati simul coram Crucifixo omnibus genibus flexis; Legatus cum lacrymis altâ voce, sicut poterat, Clero respondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidisset lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuersis linguis à Deo misericordiam petere, à lacrymis etiam se abstinere non potuit. Et Deus misericordiâ motus, eos piè liberauit

instituit ieiunium in pane & aquâ:

supplicationem nudis pedibus & vilibus vestibus peragit

& luem deprecatur:

berauit

berauit ab illâ mortalitate.

58 Cùm ad meam memoriam reduco deuotionem mirabilem beati Patris mei Legati, necnon & deuotionem Regis & totius populi, à lacrymis abstinere non possum. Legatus autem processione & multitudine transeundo per Nicosiam ad cœmiterium iuit, & cathedram ad prædicandum ascendit. Omnibus autem sedentibus & silentio facto, Legatus os eius aperuit, & prædicare incepit mirabilia & vltra quàm hominibus miranda, teste Deo, Rege & omnibus intelligentibus declarauit breuiter in sermone suo, gratiâ Spiritus sancti eum confortando: omnes ad lacrymas prouocauit, de pestilentiâ omnes confortauit, & in gaudium spirituale corda audientium conuertit. Quid plura de sermone verba multiplicare? Nam si fas est dicere, Augustinus vel aliquis sanctorum Doctorum eumdem sermonem licet fecissent, satis fuisset. Sermone verò finito, & timore mortis populo à Deo soluto, Legatus, Rex, & omnis multitudo ad ecclesiam maiorem reuersi sunt; ibique à Legato Missa solennis celebrata fuit, & omnes Deum inuocauerunt, ipsi regratiando de doctrinâ Legati & misericordiâ Dei, & de peccatis veniam petendo, & pestilentiam euadendo. Missâ completâ Rex & omnis multitudo ad domum propriam reuersi sunt. Legatus autem ieiuniis fatigatus, labore diei percussus, vestimentis

patheticè concionatur.

mentis sacris exutus, sustinere se quasi non valens, ferè spiritum Deo reddidit. Sed refectione panis & aquæ acceptâ, vires in Deum resumpsit.

59 Et sic Nicosia in Deum confortata, & ad pœnitentiam piè reuocata, & in misericordiam Dei relicta. Legatus pestilentiam parum timens, & salutem populi sibi commissi desiderans, in fornace pestilentiæ & mortalitatis, videlicet in Famagustâ personaliter iuit. Et iam pestilentia præualebat & crescebat de die in diem, ita quòd quadraginta vel triginta quâlibet die moriebantur. Legatus autem dolore perditionis fratrum suorum tactus, videns perditiones Christianorum & periculum perditionis fidei Catholicæ in Cyprum, mentem lacrymosam ad Deum leuauit, deuotè misericordiam Dei implorando. Congregauit enim populum à seniore vsque ad lactentem, ipsumque in Deum confortando, pœnitentiam proclamando, & pro misericordiâ habendâ in cælum clamando: & sicut in Nicosiâ fecerat, processionem generalem ad diem statutum in Famagustâ indixit. Adueniente verò die processionis, & ecce nationes Christianorum quælibet in turmis suis & ordine, in linguâ maternâ cum hymnis, canticis & lamentationibus, versùs ecclesiam tendebant. Sed aliquis interrogaret, quæ erant istæ nationes Christianorum? Certè ibi erant Græci, Armeni, Northorini,

Famagustæ etiam supplicationem indicit.

berauit ab illâ mortalitate.

58 Cùm ad meam memoriam reduco deuotionem mirabilem beati Patris mei Legati, necnon & deuotionem Regis & totius populi, à lacrymis abstinere non possum. Legatus autem processione & multitudine transeundo per Nicosiam ad cœmiterium iuit, & cathedram ad prædicandum ascendit. Omnibus autem sedentibus & silentio facto, Legatus os eius aperuit, & prædicare incepit mirabilia & vltra quàm hominibus miranda, teste Deo, Rege & omnibus intelligentibus declarauit breuiter in sermone suo, gratiâ Spiritus sancti eum confortando: omnes ad lacrymas prouocauit, de pestilentiâ omnes confortauit, & in gaudium spirituale corda audientium conuertit. Quid plura de sermone verba multiplicate? Nam si fas est dicere, Augustinus vel aliquis sanctorum Doctorum eumdem sermonem licet fecissent, satis fuisset. Sermone verò finito, & timore mortis populo à Deo soluto, Legatus, Rex, & omnis multitudo ad ecclesiam maiorem reuersi sunt; ibique à Legato Missa solennis celebrata fuit, & omnes Deum inuocauerunt, ipsi regratiando de doctrinâ Legati & misericordiâ Dei, & de peccatis veniam petendo, & pestilentiam euadendo. Missâ completâ Rex & omnis multitudo ad domum propriam reuersi sunt. Legatus autem ieiuniis fatigatus, labore diei percussus, vestimentis

patheticè concionatur.

mentis sacris exutus, sustinere se quasi non valens, ferè spiritum Deo reddidit. Sed refectione panis & aquæ acceptâ, vires in Deum resumpsit.

59 Et sic Nicosia in Deum confortata, & ad pœnitentiam piè reuocata, & in misericordiam Dei relicta. Legatus pestilentiam parum timens, & salutem populi sibi commissi desiderans, in fornace pestilentiæ & mortalitatis, videlicet in Famagustâ personaliter iuit. Et iam pestilentia præualebat & crescebat de die in diem, ita quòd quadraginta vel triginta qualibet die moriebantur. Legatus autem dolore perditionis fratrum suorum tactus, videns perditiones Christianorum & periculum perditionis fidei Catholicæ in Cyprum, mentem lacrymosam ad Deum leuauit, deuotè misericordiam Dei implorando. Congregauit enim populum à seniore vsque ad lactentem, ipsumque in Deum confortando, pœnitentiam proclamando, & pro misericordiâ habendâ in cælum clamando: & sicut in Nicosiâ fecerat, processionem generalem ad diem statutum in Famagustâ indixit. Adueniente verò die processionis, & ecce nationes Christianorum quælibet in turmis suis & ordine, in linguâ maternâ cum hymnis, canticis & lamentationibus, versùs ecclesiam tendebant. Sed aliquis interrogaret, quæ erant istæ nationes Christianorum? Certè ibi erant Græci, Armeni, Northorini,

Famagustæ etiam supplicationem indicit.

Iacobini, Georgiani, Nubiani, Indiani, Æthiopiani, & alij multi Christiani quorum quilibet ritum diuersum, & linguam diuersam habebant; necnon & Latini & Iudæi. Legatus verò omnes istas generationes misericordiam Dei inuocantes, omnes ieiunantes in pane & aquâ, & nudis pedibus ambulantes, luminaria infinita accendentes, in ecclesiam Dei humiliter recollegit, & cum omni multitudine per ciuitatem Famagustam gradatim processionem deuotissimam incepit, & breuiter ad tantam deuotionem populum prouocauit, quòd nutu Dei infideles Saraceni, Turci, & Iudæi illic existentes in lacrymas prorumpebant, & nudis pedibus ad processionem Christianorum deuotissimè ambulabant. Tandem processione finitâ, & omni populo in maximâ contritione & deuotione existente, Legatus sermonem suum incepit, & tantum fructum in sermone fecit, quòd non solùm Latinos Ecclesiæ Romanæ fideles ipsum intelligentes, & aliàs nationes eum non intelligentes, etiam infideles, ad lacrymas prouocabat. Quid plura? tota illa dies lacrymarum, ieiunij, & afflictionis fuit. Et Deus misericors, patiens, & placabilis, qui non vult mortem peccatorum, sed magis vt conuertantur & viuant, clamorem Legati, & lacrymas populi audiuit, & misericordiam suam mirabilem meritis ipsius Legati, sicut piè credo, populo suo ostendit. Nam illâ die in ciuitate

quæ nudis pedibus suscepta à variis nationibus,

etiam infidelibus,

uitate Famagustâ tacti ex epidemiâ, & mortem sine termino expectantes in lectis ferè ducenti iacebant, & quidem luna in reuolutione erat, quod secundùm medicos pauci euadere possunt. Sed Iesus Christus noster summus medicus, ad reuolutionem lunæ, id est, ad peccata populi, non respiciens, omnes infirmos sanauit, nec vnus quidem mortuus est, & diebus præcedentibus moriebantur vltra triginta vel quadraginta. Et ab illâ die miserationis in Famagustâ & in omni regno Çypri mortalitas, Deo miserante, & Legato orante, recessit. Mira res & vltra quàm miranda. *successu optato.*

60 Legato autem in Cypro à Deo sic diuina opera mirabiliter operante, ego Cancellarius regni Cypri indignus, prædicta mirabilia per manum Legati sui videns & audiens, & sanctitatem eius considerans, aliquando & communiter referendarius mei Domini Regis ad Legatum, & Legati ad meum Dominum in secretis & altis negotiis ipsorum indignus eram. Legato autem statum meum & intentionem meam declaraui, & tantam caritatem in dulcissimâ paternitate eius de facto inueni, quòd si scribere vellem, nec tempus quidem haberem, nec mentem meam ad plenum calamo explicare valerem, & ideò opera Dei per ipsum facta transibo. Vnum scribam, & teste Deo verum dicam, quòd ab ipso tempore citrà, ipsum in Patrem meum singularissimum *A Mazzerio. tum ibi praesente, in Patrem eligitur.*

gratiâ Dei elegi, & ipse in filium quamuis indignum :& vtinam gratiam Dei in ipso ad plenum cognouissem,& in eo debitum meum plenè persoluissem, sicut caritas sua ardentissima in me persoluit & adimpleuit :quod in transitu suo de hoc mundo clarè apparebat.

CAPVT XI

Iter S. Petri & Regis Cypri ad Papam & Principes Christianos. Archiepiscopatus Cretensis S. Petro collatus. Sacra expeditio in Palæstinam decreta.

61 PEtrus autem Ierusalem & Cypri Rex, à iuuentute suâ desiderio desiderabat liberationem hæreditatis suæ paternæ, regni Ierusalem, necnon liberationem ciuitatis sanctæ: & mundationem eius in corde suo proponens, quòd si à Deo sceptrum regni Cypri sibi eueniret, in acquisitione Terræ-sanctæ personam, bona, & regnum exponeret. Ipse autem à Deo per manum Legati coronatus, de victoriâ Sathaliæ à Deo animatus, morte, vt dictum est priùs, à regno suo Cypri remanente, ampliùs continere se non potuit, quin desiderium suum sanctum à iuuentute in lucem ostenderet. Nam semper

Petrum Cypri Regē ad recuperandam Palæstinā,

ſemper confortatus in Domino per Legatum de ſanctâ & deuotâ intentione, ipſe Rex ſapienter & diſcretè conſiderans, quòd de ſe nec de regno proprio ſufficientem quantitatem gentium & armorum ad acquirendam Terram-ſanctam non habebat; & ideò pro ſuccurſu & adiutorio habendo ad Reges & Imperatorem Occidentales ire Deo inſpirante propoſuit. Quod & fecit. Et regno ſuo Cypri ſapienter diſpoſito, ciuitate Sathaliâ munitâ & confortatâ, Rex de ſuo regno versùs plagam Occidentalem, cauſsâ prædictâ, viam arripuit. Legatus ad idem deſiderans, quod & Rex, videns de facto deuotum propoſitum ipſius Regis, Deo cum lacrymis regratiatus eſt, & omni honore & vtilitate ſuæ legationis poſtpoſitis, Petrus Legatus Petro Regi adhæſit, & ipſum totis viribus adiuuare promiſit.

auxilia potiturum in Occidentem comitatur.

62 Rex verò omni magnificentiâ regali & delectatione natiuitatis propriæ poſtpoſitis, ſanctum paſſagium & Crucis myſterium, & adiutorium pro acquiſitione ſanctæ Crucis quærens, Legato Papali aſſociatus, mare tranſfretauit, & Venetias applicuit: ibique honorificè & magnificè à Duce & Venetis receptus. Sed priùs tranſiens per Rhodum, admonitionibus diuinis ipſius Legati, & requiſitione Regis, conſenſum paſſagij *a* Magiſtri Hoſpitalis & Conuentus Rex in ſcriptis authenticis habuit. *a*
Tranſeuntes autem Rex & Legatus de Vene-

in Italiâ vbique honorificè excipitur: tis per Lombardiam versùs Curiam Romanam, circumeuntes Communitates, Dominos, & Tyrannos in viâ honores insuetos & mirabiles & similiter non visos, quos Nuntius iusti belli Dei Rex recepit; & specialiter Venetiis; ibique fundamentum passagij pro nauigiis habendis inuenit, & consensum nauigiorum Veneti pro passagiis magnificè & deuotè velut Catholico Regi obtulerunt. Sed quis mortalium scriberet, quæ & quanta Legatus in Regis adiutorium & passagij ministerium operabatur: quomodò *fortiter pro auxiliis obtinendis agit:* communitatibus Venetorum & Ianuensium, Dominis, Tyrannis, & populis, demonstrationibus claris aptitudinem, possibilitatem, & necessitatem passagij clarè ostendebat, vituperium negligentiæ Christianorum ostendendo, & ipsorum obligationes ad passagium demonstratiuè probando? quomodò verbum Regis gloriosè & deuotè supradictis declarauit, eorumque responsionibus piè respondit, & dubia passagij clarè soluebat? Breuiter Rege auxilium petente, & Spiritu sancto per os Legati instruente, admonente, & operante, communitates prædicti dominij, Mediolanensis, & alij Tyranni & Domini, scriptis eorum authenticis mediantibus, omnes adiutorium magnum pro passagio Regi obtulerunt.

63 Rex autem viam suam à Deo prosperari considerans, collatione factâ cùm Legato Ianuam pro aliquibus negotiis propriis reman-

sit,

sit, & Legatum ad Curiam Romanam tamquàm præcursorem præmisit. Legatus verò in Curiâ veniens, Papam Vrbanum v. *b* nouiter creatum inuenit, eique sui aduentus & Regis caussam indicauit, Regem magnificando & deuotionem eius, & sanctum propositum Papæ demonstrando, & pro caritate & passagij affectione Regem sanctificando. Et sicut Paulus nomen Christi coram Regibus & Principibus portauit, ita Legatus nomen Regis coram Papâ & Cardinalibus Principibusque magnificauit, & passagium annuntiauit. Papa verò Legati sufficientiam & conuersationem eius à studio cognoscens, & tunc ipsum audiens, de laboribus eius & his quæ adeò fecerat in legationibus suis pro exaltatione fidei Catholicæ, informatus, ipsum cum gaudio non modico vidit, & in verbis eius exultauit spiritus eius in Deo & sancto passagio, Regem Cypri videre desiderans, & ipsum de bono proposito commendans. Quomodò verò Legatus à Dominis Cardinalibus & aliis amicis in Curiâ cum gaudio & caritate visus & receptus est, & etiam à detractoribus, scribere nequirem. Papa autem iustè & dignè sanctam conuersationem, & expensas ipsius Legati in legatione suâ factas considerans, & quod fideliter laborantibus, & fideliter adeò operantibus piè retribuendum est; Legato nesciente (viuit Dominus) nec procurante, Papa zelo caritatis ad- strictus,

b

præcurrit Aueniònem, agitq; cum Vrbano V.

creatur Archiepiscopus Cretensis.

strictus, Archiepiscopatum Cretensem sibi meritò dedit in sui status augmentatione.

64 Eo tempore excellentissimus Princeps *c* Ioannes Rex Franciæ in Curiâ Romanâ erat, & Petrum Ierusalem & Cypri Regem, consanguineum suum ibi piè expectabat, ipsum videre desiderans, passagium suum affectans. Quid plura? Omnibus in Curiâ ad plenum de intentione bonâ Regis Cypri & voluntate passagij à Legato informatis, reprobis detractoribus maledicentibus, & electis Dei benedicentibus, videre Regem & suum passagium desiderantibus; ecce Rex litteris Legati visis, ad viam se posuit, & ad Curiam die *d* Mercurij passionis Christi cum gaudio applicuit. Ibique à Papâ, Rege Franciæ, Cardinalibus, piè & caritatiuè receptus est. Et breuiter intentione Regis Cypri sub breuibus expositâ Papę; & Papæ, Regis Franciæ & Regis Cypri, & Cardinalium collatione factâ in breui tempore, Legato semper stimulante & admonente, negotium Dei & passagium tantùm creuit, quòd omnes audientes, mirati sunt. Nam die Veneris sanctâ, tertiâ die aduentus Regis Cypri, Papâ authenticè & honorificè *e* Missam personaliter celebrante, Regi Franciæ, Regi Cypri & *f* Baronibus nobilibus infinitis *g* venerabile signum Crucis propriis manibus dedit. Et post *h* dies non multos Papa in quodam sermone publicè coram Rege & aliis passagium

Eius litteris monitus Rex Cypri venit Auenionem.

Margin: c, d, e, f g, h

ſagium generale indixit, terminum præfixum nominauit, *i* Regem Franciæ Capitaneum generalem, Cardinalem Petragoricenſem Legatum, & Regem Cypri præcurſorem generalem paſſagij, velut athletam fidelem Chriſtianos Orientis diſpenſaturum ad infideles inuadendos, ordinauit. Qui tunc fidelium bona Ieruſalem deſiderantium, Patrem meum Cretenſem Archiepiſcopum gaudentem & exultantem & gratias Deo agentem vidiſſet; certè in gaudium eius ſpiritualiter exultaſſet, necnon & gaudium Regis Cypri. Nam quod in anno integro vel plus, videlicet paſſagium procurando, à Papâ habuiſſet in tribus diebus, tantum negotium modico labore obtinuerunt, & non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

Sacra expeditio indicitur à Pontifice, i Rege Franciæ constituto Generali.

65 Et quia affectus paſſagij iam indicti non ſolùm ad Regem Franciæ & Regem Cypri, ſed etiam ad Imperatorem Romanorum & alios Reges Chriſtianorum pertinere videbatur, quia bellum Dei & vniuerſæ Chriſtianitatis erat; nec ipſe Imperator & alij Reges ad indicendum paſſagium iam indictum vocati fuerunt, ideò Rex Cypri diuinitus inſpiratus, bonum finem paſſagij deſiderans, *k* Regem Angliæ, & *l* Imperatorem Romanorum, *m* Regem Poloniæ, & Regem Vngariæ, *n* perſonaliter viſitauit, & ipſos ad *o* conuiuium ſancti paſſagij iam indicti deuotè inuitauit, ſemper proponens ad terminum ſuum ordinatum Venetias

k l m n o Imperatorem & alios Reges adit Rex Cypri.

netias posse venire, & velit præcursor passagij, sicut ordinauerat, posse transfretare.

Rogerius Pinsius.

a *Erat Magnus Magister Rogerius Pinsius, creatus anno* 1355, *mortuus* 28 *Maij anni* 1365.

b *Electus est Vrbanus V* 28 *Octobris, consecratus & coronatus* 6 *Nouemb.* 1362.

c *Venit Ioannes Rex ad Pontificem* 20 *Nouemb. & iterum in Quadragesimâ, de quo aduentu hîc agitur.*

d *Ergo* 29 *Martij qui dies assignatur in MS. Vaticano. Pascha tunc incidebat in* 2 *Aprilis.*

e *Id est, officium sacrum, quod eo die celebratur. nam propriè* Missa *non dicitur, cùm non sit sacrificium: est tamen sacrificij hesterni repetita libatio. Froissardus vult concionem à Pontifice habitam.*

f *In Vitâ Vrbani V additur Rex Daniæ. Is erat VValdemarus*

g *MS. Mechlinien.* vniuersale. *fuisse id rutili coloris, quod vestibus assuebatur, asserit Frossardus tomo* 1 *Hist. Franc. cap.* 217 *vbi varios Cruce signatos nominat.*

h *Die* 12 *Aprilis.*

i *Acceptatum à Rege Franciæ, primò quòd pater Philippus Valesius olim tali se voto obstrinxisset. Secundò. vt confœderati milites, qui pace iam inter Anglum & Francum sancitâ Gallias vastabant, ex eâ educerentur. Froissardus.*

k Eduardum III *sub quo ab eius filio* Eduardo *VValliæ Principe* Ioannes *Rex Franciæ in Pictonibus,* 18 *Sept. an. Ch* 1356. *acie commissâ superatus, captus, & in Angliam abductus fuerat. Apud hunc Londini Dauide Rege Scotiæ egisse addit Froissardus cap.* 218.

l *Pragæ tribus hebdomadibus permansit apud Imperatorem. Froissardus cap.* 217. *at quibus de caussis expeditionem illam recusârit, tradit Dubrauius hist. Bohemicæ c.* 22.

m Casimirum Magnum, Ladislai Loctici *filium, cui an.* 1370. *defuncto successit* Ludouicus, *qui hoc tempore Hungariæ Rex erat.*

n *Accessit*

n *Accessit etiam Regem Nauarræ, Duces Iuliacensem & Brabantiæ, ac Comitem Flandriæ, apud quem reperit Regem Daniæ. ita Froissardus.*

o *Ita MSS. at legendum* ad subsidium *aut quid simile.*

CAPVT XII

Pax Bononiensis à S. Petro procurata.

66 VT autem ad Patrem meum *a* dilectissimum, & opera eius mirabilia in vtilitate passagij ad honorem Dei & laudem eius, reuertar; accidit, quòd Deo permittente, & diabolo instigante, illis temporibus tantum flagitium *b* guarræ, & effusio sanguinis inter Ecclesiam Romanam ex vnâ parte & Dominum Barnaboum de Vicecomitibus Mediolanensibus ex alterâ, causâ ciuitatis Bononiæ, vigebat: quòd passagium indictum omnino illâ guarrâ durante impediebatur, nec ad finem optatum venire poterat. Rex autem Cypri in transitu suo Mediolanum cum Domino Barnaboo prędicto de pace tractauerat, & etiam in Curiâ cum Papâ. Et auditis Regis verbis pro passagio necessario, conclusum fuit in Curiâ, quòd de consensu Papæ Rex Franciæ Ambasiatores suos solennes, & etiam Rex Cypri, Mediolanum ad Dominum Barnaboum tractandi pacem committeret. Rex verò Franciæ vnum magnum Comitem & vnum Episcopum eiusdem

a

b *In bello inter Papam & Ducem Mediolanensem ob Bononiam.*

c mittitur cũ Cancellario Cypri & Legatis Francis ad Ducẽ Mediolanẽsem acturus de pace:

dem *c* Cardinalis fratrem mittere destinauit. Et Rex Cypri Patri meo Archiepiscopo & mihi Cancellario indigno negotium prædictum imposuit. Rege autem Cypri de Curiâ recedente, & versùs Principes tendente, supradicti Ambasiatores prædicti Regis Franciæ, Pater meus & ego visuri versùs Mediolanum iter arripuimus. Et transactis mensibus diebusque completis insimul Mediolanum applicuimus, & à Domino Barnaboo honorificè suscepti, causâ nostri aduentus sufficienter expositâ Domino Barnabao, & responsione habitâ causâ breuitatis versùs *d* Cardinalem Hispanum, Sedis Apostolicæ in Italiâ Legatum, guarram Ecclesiam militantem & gubernantem, & in Romandiolâ commorantem iuimus : ibique cum eo pro parte in fauorem passagij de pace tractauimus: & responsione habitâ insimul Mediolanum reuenimus, & quod tractatum erat Domino Barnaboo retulimus.

67 Nunc autem opera Dei in Patrem meum, & quomodò Deus ipsum magnificare voluit, quia humiliter in omnibus procedebat, manifestare cogor, & quæ vidi narrabo, non detractoriè, sed in laudem condignam Patris mei, & honorem Dei, qui deposuit potentes de sede & exaltauit humilem: quia reprobat consilia Principum, & vocem peccatorum non exaudit. Nam Ambasiatores Regis Franciæ, de regali maiestate Franciæ præsumentes, &

& Regem Cypri, passagij & Dei nuntium, paruipendentes, in tractatis supradictis Patrem meum sapientissimum, à Deo illuminatum, qui tanta bona in Ecclesiâ Dei fecerat, non habendo respectum, quòd ipse Archiepiscopus & Magister in Theologiâ egregius erat, paruipenderunt: & pacem per eos quasi iam factam gloriam inde sperantes, & fructum eius Regi Franciæ impendentes, de Patre meo parùm curauerunt, ipsum quasi despiciendo. De me verò non loquor, nisi de iniuriâ Patris mei: quia non eram dignus esse socius tanti Patris in legatione, sed neque minister eius. Deus autem cogitationes hominum cognoscens, & dissipans eorum consilia, totum tractatum destruxit & annihilauit. Nam Legatum Hispanum durum, amaricatum, ad guarram inflammatum, & contra Dominum Barnaboum indignatum, nec in pactis fiendis sibi credendum inuenimus: Dominum Barnaboum furibundum, & contra Ecclesiam multa mala machinantem, ipsamque minantem, & velut leonem rugientem, & pacem despicientem inuenimus. Tunc Deo permittente acres in principio, in fine fracti sunt: non in fine, sed quasi in principio. Nam Ambasiatores Regis Franciæ inter se collatione factâ, de labore suo & conclusione desperati, inanes & vacui & de Domino Barnaboo malè contenti à Mediolano versùs Franciam recesserunt.

ab his superbè contemnitur;

quibus re infectâ & desperatâ discedentibus,

68 Sed

68 Sed Pater meus de Deo confisus, cautelas diaboli satis recognoscens, & quòd magnum & arduum opus, specialiter Dei, in pauco tempore adimpleri non potest, sapienter considerans; ad orationes toto corde confugit, determinando nos in Mediolano aliquibus diebus iram Domini Barnaboo à Deo placaturam expectare. Sed subitò quale miraculum Deus ostendere voluit & ostendit! Nam Deus per Regem Cypri præcursorem suum Crucem exaltari disponens, lacrymas & orationes Patris mei exaudiuit, & cor Domini Barnaboi subitò conuertit. Nam infra duos dies à recessu Ambasiatorum Regis Franciæ, Dominus Barnabous Patrem meum & me ad se vocari præcepit, & in loco secreto inter Patrem meum & me sedens, (hîc leo factus Deo est agnus) cum vultu sereno Patri meo & mihi dixit: Nunc audacter mecum de pace loquamini, & quidquid vobis videtur dicatis. Tunc tuba Angelica non verbis humanis, sed per os sancti Spiritus, velut quidam Angelus Dei, sanctis & diuinis admonitionibus Pater meus voce piâ resonando Dominum Barnaboum mitem & audientem ad pacem dulciter conuertebat. Sed quis sum ego, vt dicta facta, admonitiones inauditas ipsius Patris mei ad Dominum Barnaboum commendare velim? Non certè dignus, & frustrà laborarem. Quomodò in verbis suis monstra placauit, quomodò honorem

permanet cum Cancellario,

& Duci pacem suadet.

norem Ecclesiæ custodiebat, potentiam eius spiritualem demonstrando, quomodò Ducem Barnaboum de guarrâ factâ sine metu, pericula ostendens, corrigebat: quomodò in conuersione eius & pacis ipsum magnificabat, & multa promittendo exaltabat: quomodò bona pacis, mala guarræ, passagij in guarram & vtilitatem eius in pace, mirabiliter sacram Scripturam multipliciter allegando, declarabat, honorem Regis Cypri procurando & ipsum exaltando, scribere non valerem, nec scirem.

69 Finitis autem verbis Dominus Barnabous à Deo tactus, & Patre meo dulciter instructus, aliquantulùm cogitauit, & posteà cum magno suspirio dixit: Libenter vos audiui, & pacem omnino cum Ecclesiâ, subditus & fidelis deinceps sibi esse volo. Eatis ad Cardinalem statim, & pacem tractetis, guarram meam & pacem meam in manibus vestris pono. Mira res, & stupenda, & quasi hominibus incredibilis, Deo operante & virtute Patris mei laborante! Nam qui anteà dentibus in Ecclesiam fremebat, hæreditatem eius destruebat, sanguinem eius bibebat, fidem Catholicam adnihilabat, errorem inter Christianos seminabat, nec hominem reuerebatur, nec Deum timebat, precibus Imperatoris, Regis Franciæ, Regis Vngariæ, Regis Apuliæ, & nonnullorum Magnatum & Comitum non acquiescendo, & minas ipsorum paruipendendo;

rē totā suo arbitrio ab illo permissā,

do; ad vocem vnius Patris mei factus est Ecclesiæ obediens. & de peccatis perpetratis pœnitens, tantùm P[a]tre meo laborante, & Deo confirmante. Modò ad Cardinalem, modò ad Dominum Bernaboum reuertebatur: inde ad Curiam Romanam ad pacem confirmandam.

concludit. Posteà ad Bononiam venimus cum infinitis laboribus, expensis, & periculis infinitis ad vtilitatem Ecclesiæ. Remanente Bononiâ in manu Ecclesiæ, infra annum pax completa & confirmata fuit, quæ vsque ad diem præsentem adeò laudabiliter durat. Et non reducitur ad memoriam alicuius viuentis, pacem in Lombardiam tantùm vnquam durasse, sicut præsens pax à Rege Cypri desiderata, & à Patre meo nomine ipsius tractata, & me præsente confirmata.

a *MS. nostrum,* dulcissimum.
b *Belli huius originem suprà § 4 paucis deduximus.*
c *Ita MSS. at* Comitis *legendum arbitror.*
d Ægidium Garziæ Aluari Carrilium Albornotium *Conchensem, ex Archiepiscopo Toletano Presbyterum Cardinalem.*

CAPVT

CAPVT XIII

Pericula Bononiæ à S. Petro contempta, superata.

70 SEd inter pericula continuando, quæ tractando pacem incurrebamus, aliqua in laudem Dei & ipsius Patris mei referam. Nam multi tyranni & Castellani & stipendiarij, longitudinem guarræ affectantes, & inde viuentes, impeditores & turbatores pacis, mortem nostram continuè affectabant & quærebant. Nam semel de vno castro ad aliud transeundo, coram quodam castro pacificè transiuimus & ecce ferè triginta Vngari & alij stipendiarij de pace dolentes, & de nobis se vindicare proponentes, subitò calcaribus vrgentibus, & gladiis extractis, nobis inopinantibus, super nos quasi inimicos venerunt. Ego verò mortem vicinam incurrere timens, non videbam remedium. Sed Pater meus à Deo confortatus, nihil dubitans, firmiter stetit, & faciem versùs inimicos altâ voce dixit: Quid vultis? Illi verò vocem audientes, velut à Deo percussi, gladios suos in vaginis reposuerunt, & statim retrocederunt, & sic euasimus manus eorum. Pluribus & pluribus vicibus accidit, quòd guarrâ feruente, & nobis pacem tra-

Maleuolos bellum optantes,

ideoq; in se irruentes solâ voce reprimit.

ctantibus, & in medio castrorum nobis absque armis equitantibus, in viâ coram nobis, & retro homines ab inimicis continuè expoliabantur & occidebantur ; nos autem per medium illorum transeuntes, virtute Patris mei, sicut piè credo, liberi & sine perditione omnia pericula transibamus.

Sæpè pericula euadit.

71 Aliud periculum magnum dignè scribendum incurrimus. Nam pace confirmatâ, & Bononiâ præcepto Papæ in nostris manibus vice Regis Cypri positâ, secundùm ordinem tractatus pacis; Rectore verò præcedente Bononiæ recedente, & à nobis ciuitatem & castra ei pertinentia regentibus & gubernantibus, diabolus de tantâ pace insuetâ inuidens, plures Nobiles & ciues ciuitatis Bononiæ, qui de guarrâ viuebant, & magnas prouisiones tempore guarræ à Cardinali Hispano recipiebant, inflauit, & ipsos ad mortem nostram incitauit. Ipsâ verò collatione mortis nostræ factâ, in ciuitatem eundo de vico in vicum, de arce in arcem, quamdam falsam vocem seminauerunt ciuibus in aure dicere : Insidiæ, insidiæ. Nam Archiepiscopus & Cancellarius pro certo istam ciuitatem Domino Barnaboo intendunt tradere. Et sic populum falsâ suggestione in mortem nostram incitabant. Et ecce subitò in ciuitate Bononiæ tumultus & rumor populi, instigante diabolo, non modicus insurrexit : campana pulsatur, populus congregatur,

Bononiensibus in eius mortem conspirantibus.

tur, maior pars dicebat: Moriantur proditores. Alij dicebant: Non. A Deo autem fuit quòd illâ die ad quoddam castrum pacificandum, quod castrum aliqualem guarram contra Bononienses faciebat, intrauimus. Nam si illâ die in Bononiâ fuissemus, secundùm dicta ciuium sine dubio in periculo mortis fuissemus.

72 Manè autem facto, nobis de hoc aliquid nescientibus, cum gaudio castro pacificato, ad ciuitatem venimus. Consuetudo verò erat in Bononiâ, quòd quotiescumque ad ciuitatem veniebamus, magna quantitas Nobilium & ciuium contra nos veniebat extra ciuitatem, Patrem meum recipiendo & honorando. Sed illo die extra ciuitatem nullum vidimus,& modicùm mirati sumus. Nobis verò appropinquantibus ad ciuitatem, auditis talibus nouis, viuit Deus, non modicùm timui, quoniam aliqui amici forenses obuiàm nobis venerunt, & periculum nostrum,& quod euenerat dolentes nobis retulerunt, consulentes nos non intrare ciuitatem. Quibus tamen non obstantibus,collatione factâ inter Patrem meum & me, Pater meus dixit innocenter: Teste Deo sumus ab omni proditione innoxij. diabolus iterum pacem turbare nititur, timorem nobis incutiens: sed Deo auxiliante non præualebit.In nomine Domini eamus.Intrauimus enim ciuitatem non associati, vt solebamus. Et Nobiles & ciues nos ab vtraque parte in dolo recipientes, nec *periculo contempto Bononiam venit.*

saltantes, sed murmurantes, sic ad hospitium nostrum venimus. Ibique cum timore non modico stando, de horâ in horam à ciuitate per amicos nostros mala noua nobis veniebant. Crescente maleuolentiâ & murmuratione ciuium contra nos, tunc Pater meus de adiutorio humano desperans, videns periculum appropinquare, ad orationes diuinas confugit. Ego verò nullum remedium euasionis videbam, auribus apertis continuè expectabam illam vocem dicentem: Moriantur. Sed Dominus Iesus, qui liberat pauperem & innocentem de furore populi, & sperantes in se non despexit, timorem meum & orationes Patris mei piè respexit.

73 Nam Pater meus deuotissimè Missâ celebratâ, in camerâ suâ me vocauit, & quid à Deo cogitauerat dixit mihi. Et statim omni timore postposito ad palatium misit, & inopinatè magnam campanam congregationis totius populi fortissimè pulsare præcepit, dicens quòd coram omni populo palàm in palatio loqui vellet. Campanâ autem pulsante & populo murmurante, & versùs palatium eunte; Pater meus & ego cum paucis & quasi ad iudicium euntes ad palatium venimus, ibique tantum populum congregatum inuenimus, quòd vix ad sedem assuetam ascendere potuimus. Et illi Nobiles, qui totum rumorem excitauerant, in sedibus iuxta nos ab vtraque parte sedebant, &

pulsatâ campanâ populum conuocat.

& transuersâ facie modò nos, modò populum respiciebant in dolo. Silentio autem facto, Pater meus clarè & strenuè incipiebat quamdam collationem facere, & tanta mirabilia inaudita, & sacram Scripturam continuò allegando, dicere, quòd aures audientium tinniebant: & specialiter declarando rumorem insipientium, quomodò iniquitas facta non in nobis, sed in personâ Papæ & Regis Cypri conuertebatur: quomodò populum pulchrè in verbis suis corripiendo reprehendebat, & posteà ipsum excusando iustificabat & laudabat: quomodò auctores tanti sceleris & veneni seminati, loquendo generaliter acriter reprehendebat, ipsos condemnabat, & pòst ad pœnitentiam & Ecclesiæ obedientiam ipse piè reuocabat: quomodò opus diaboli hoc fuisse probabat clarum, innocentiam nostram adeò demonstrando, & ad pacem factam seruandam, & ad Ecclesiæ veram obedientiam omnes piè inducebat. Quid plura? Verba sua diuina & ardentia, corda audientium in caritatem veram, cognitionem, & contritionem sceleris perpetrati inflammauerunt. Et qui anteà inimici erant nostri, amici facti sunt.

& concione habitâ eum componit.

74 Et ecce quidam *a* Doctor Legum de primatibus ciuitatis in medio populi surrexit: & prout poterat & sciebat, in genere substantiam verborum Patris mei gratiosè replicauit: & Patrem meum laudando, commendando, &

a Quidã Legum Doctor publicè ab eo, nomine populi, veniam petit.

& fidelitatem & laborem eius approbando, prò parte totius sibi & mihi innocentibus veniam petiit, populum excusando, Patrem meum glorificando: & Ecclesiæ veram & cordialem obedientiam demonstrabat. Et ab illâ horâ tanta tranquillitas & obedientia in ciuitate fuit, quòd ad vocem Patris mei vnanimiter omnes obediebant cordialiter. Nam illâ die custodiam liberalem, claues ciuitatis, castri eius, & claues centum viginti castrorum in manu meâ vice Patris mei liberè tenebam & regebam. Ego autem tanta mirabilia, tantum periculum, tantam securitatem in vno die integro videns, de liberatione nostrâ Deo altissimo regratiaui, sibique & meritis Patris mei totum attribui.

75 Aliquo verò tempore transacto & Patre meo sapienter in pace & sine murmuratione ciuitatem & castra in honorem Ecclesiæ gubernante; *b* Legatus Cluniacensis, Bononiam & terras Ecclesiæ pro parte Papæ recturus & gubernaturus, Bononiam venit: & præcepto Patris mei claues ciuitatis & castrorum cum magnâ lætitiâ & honore Regis Cypri, & commendatione Patris mei, sibi dedi. Mira res: nam tanta virtus exibat de verbis Patris mei, quòd nemo verbis eius resistere poterat. Et meritò sibi dici poterat verbum Petri ad Dominum: Ad quem ibimus? Verba vitæ habes. Quanta pericula alia digna relatu, quantos labores, quantas insidias corporales & spirituales,

b Legatus Cluniacensis Bononiā Papa nomine gubernat.

Ioan. 6, 69.

rituales, quantas contumelias & opprobria, quærendo vnitatem & pacem Ecclesiæ, & effectum sancti passagij, causâ breuitatis omitto scribere, quod non valerem.

a *Academiam illam Iuris studio iam dudum celebrem fuisse suprà ex Bullâ Innocentij* VI *diximus.*

b Androina de Rocca, *ex Abbate monasterij S. Petri Cluniacensis, Presbyter Cardinalis creatus ab Innocentio* VI *an. Ch* 1361. *Hic antè Barnaboum & socios anathemate absoluit, & sacra vrbi Mediolanensi aliisq; illius & sociorum oppidis restituit.*

CAPVT XIV.

Belli tenue subsidium à Venetis vrgente S. Petro concessum, à reliquis Principibus negatum. Patriarchatus Constantinopolitanus cum Legatione expeditionis sacræ S. Petro collatus.

76 SEd quia superiùs dixi, quòd nemo verbis Patris mei resistere poterat: vt clariùs hoc ostendam, & affectionem diuinam, quam ad passagium habebat, pace à Deo per ipsum factâ & confirmatâ, viâ sancti passagij omnibus apertâ, in Bononiâ nobis existentibus, metuendissimus atque dilectissimus meus Dominus,

minus, Ierusalem & Cypri Rex, in partibus Occidentis Reges antedictos circumeundo, vt dictum est, prius quasdam litteras manu propriâ scriptas misit mihi, & vt personaliter Venetias me transferrem ad nauigia præparanda pro transitu & suo passagio & nonnullorum Principum & armatorum, ad terminum ordinatum præparandum. Rex verò Cypri illo tunc Patri meo de hoc non scripsit, quia ipsum aggrauari laboribus dubitabat. Tempus enim mihi impositum præparandi nauigia ita breue erat, quòd vix spatium duorum mensium habebam, quod mihi omninò impossibile erat. Ego autem non modicùm contristatus de inobedientiâ à meo Domino reprehendi dubitans, & passagium suum (nouit Deus) desiderans, ad Patrem meum amantissimum refugi, & negotium sibi indicaui. Ipse verò caritate inflammatus inducias non quæsiuit, ipsum me rogantem non expectauit, sed dulciter me confortans, viam statim versùs Venetias arripuit.

Abit S. Petrus cum Cancellario Venetias, reperit remoram expeditioni iniectam.

77 Nobis autem aduenientibus Venetiis, & *a* Duci & Concilio caussâ nostri aduentus expositâ, & responsione debili habitâ, magnum contrarium nostræ petitionis, & passagij inuenimus, & multùm turbati fuimus. Primum contrarium fuit, quia tempus termini & aduentus Domini mei Regis erat nimis breue, vt dictum est priùs. Secundum erat, quòd *b* Rex Franciæ, qui erat Capitaneus generalis passagij,

a ob temporis angustias,

b

gij, viam vniuersæ carnis soluerat; & inde Veneti omnimodè desperati de passagio, mouere guarram contra Soldanum, siue esse caussa ipsius guarræ recusabant, de mercimoniis ipsorum dubitantes. Tertium erat, quia non videbant nec viderant aliquos factores Dominorum Occidentalium præparationem siue prouisionem pro passagio faciendo. Quartum & maius impedimentum: nam Deo permittente insula Crete iis diebus contra Dominationem Venetorum omnino *c* rebellauerat. Et Veneti, spreto passagio & quocumque alio negotio, quamdam armatam armatorum *d* equitum faciebant militiam pro recuperatione insulæ suæ Cretæ. Et sic adeò impediti, quasi voce omnium Venetorum, nec passagio generali nec passagio particulari vacare poterant, nec nauigia dare, nec pro pecuniâ mutuare dispositi erant.

mortem Regis Fræcia, *suppetias à Principibus non submissas.* *c* *d* *& Cretam contra Venetos rebellantem:*

78 Tunc Pater meus Archiepiscopus Cretensis in talibus non discipulus sed magister erat, de responsione debili Ducis & contrariis supradictis non desperatus, sed in Deo confisus, ad aratrum, sicut consueuerat, manum apposuit; paullatim Duci, nobilibus, & mercatoribus contrarium opinionum eorum argumentis demonstrabilibus clarè demonstrauit. Ipsi verò in contrarium replicantes, vt sciebant & poterant, conclusionibus eius nullo modo contradicere valebant, me audiente. Tunc Dominatio

tractat negotia cum quatuor à Rep. deputatis,

natio supradicta, consilio habito, quatuor Nobiles antiquos sapientiores & magis expertos totius ciuitatis elegit, duos litteratos & duos laicos. Et vt petitio nostra annihilaretur & Patrem disputando vincerent, sicut concepit, ordinauit, quod difficile erat. Nam ferè per quadraginta dies qualibet die semel in die vel bis cum Patre meo in certamine deputationis prędicti quatuor sapientes conueniebant, me præsente. Sed qui argumenta diuina & moralia vtriusque partis memoriæ commendare posset, certè difficile est, & mihi impossibile est. Tandem in fine, Deo, cuius opus erat, operante & sermones Patris mei confirmante, illud, quod Venetis omnibus impossibile iis diebus videbatur, ipsi velut Catholici & deuoti Patri meo vice Regis ad terminum suum obtulerunt. Quæ oblatio certè in laudem Venetorum & Patris mei supra sensum humanum procurantis scripturæ commendari debet. Nam Veneti morte Regis Franciæ & insulæ suæ Cretensis proditione, necnon & aliis multiplicibus impedimentis non obstantibus. in honorem sancti passagij, & reuerentiam & amicitiam Regis Cypri nauigia ad terminum ordinatum pro duobus millibus militibus cum eorum equis, armis, familiaribus & victualibus pro tribus mensibus in terram Soldani, vel cuiuscumque fidei inimici transfretanda secundùm voluntatem ipsius Domini Regis obtulerunt. Ita tamen

Impetrat à Venetis nauigia.

men quòd Veneti medietatem nauigiorum prædictorum propriis expensis soluebant, & alia medietas per Regem & transfretantes solui debebat.

79 Ecce pulchrum principium passagij, cum difficultate & mirabili admonitione Patris mei, Dei virtute, procuratum. Desiderium suum sanctum passagij mirabiliter ostendebat, & quod in eo erat ad plenum faciebat, viam passagij omnibus in effectu aperuit. Et, vt verè credo, ministerium primi passagij coram Deo obtinuit Quibus laudabiliter peractis, statim bullas authenticas oblationis prędictæ Dominationis Venetorum ad Regem meum Dominum in Occidentalibus partibus transmisi, & mirabilia Dei, quæ Pater meus ad honorem suum & passagij laudem fecerat, cum gaudio Regi manifestaui. Tunc Pater meus in Domino gaudens, & continuè peroptimè adimpletis omnibus negotiis sibi commissis, & plùs ad referendum meritò supradicta Papæ, & passagium sustinendum, corporaliter me dimittendo, & non mentaliter, versùs Curiam iter arripuit. Adueniente autem ipso ad Curiam & quæ à dicto facta erant Papæ referente, & passagium confirmante; Papa ipsum dulciter vidit, labores eius & opera laudauit, commendauit, & approbauit: & à Cardinalibus & amicis sicut Angelus Dei receptus fuit. Nam omnes opera per ipsum facta audientes

hæc Regi & Papæ nuntiat.

non

non solùm mirabantur sed in stuporem conuertebantur.

80 Aliquibus verò temporibus ante aduentum eius in Curiâ, sicut Deo placuit, Cardinalis Petragoricensis Legatus Passagij, Capitaneum, videlicet Regem Franciæ, *e* secutus est, debitum humanæ conditionis soluens. Sed Deus optimus, qui vnicuique secundùm opera sua retribuit, & exaltantes fidem Catholicam & ministerium Crucis, non solùm in patriâ glorificat, sed etiam in hoc seculo honorat & exaltat; ipsum Patrem meum ad altiorem gradum ascendere voluit. Nam Papa sufficientiam & Dei virtutem in Patre meo fulgere cognoscens, de consilio Cardinalium, Patri meo amantissimo maiorem dignitatem in Ecclesiâ Romanâ militante post Papam dedit solenniter, videlicet Patriarchatum Constantinopolitanum, insuper Ecclesiam Coronensem in commendam ad vitam suam, & Ecclesiam Nigropontensem; & loco Cardinalis Petragoricensis Papa ipsum Patrem meum Apostolicæ Sedis Legatum pro passagio *f* ordinauit, & decem florenos quotidianos in expensarum augmentatione suarum præordinauit. O quàm bonum est sperare in Domino, mandata eius seruare, & in Deo ponere spem suam! Veraciter Pater meus viam suam Deo reuelauit, totam spem in eo posuit, quæ Dei erant ardenter quæsiuit, ministerium Crucis & passagium annuntiauit

e Cardinale Petragoricensi, Legato sacra expeditionis mortuo,

creatus Patriarcha Constantinopolitanus, & Legatus expeditionis.

f

nuntiauit & prædicauit, & quantum erat in eo veraciter adimpleuit: & ideò Deus eum sic exaltauit & magníficauit.

81 Ipse autem Pater meus Constantinopolitanus Patriarcha & passagij Legatus, gratiis & priuilegiis Apostolicis munitus non modicùm, benedictione Apostolicâ receptâ, versùs Venetias ad prosequendum fidelium & Regis Cypri passagium iter arripuit. Et in viâ suâ fideles commonens, & super humeros eorum venerabile signum Crucis imponens, ad passagium Regis Cypri omnes inuitando, & mysterium Crucis prosequendo, Venetias applicuit. Et à Venetis gratiosè cum honore non modico & Ecclesiæ reuerentia receptus fuit. Venetiam venerant ad terminum Regi Cypri, aliqui Principes & Nobiles Occidentis causâ passagij, in satis bonâ quantitate; qui Patrem meum Legatum libentissimè viderunt, & ab eo confortati fuerunt. Veneti verò in promissis parati de oblatione Patri meo factâ vice Regis ad terminum ordinatum numquàm retrocesserunt.

redit Venetias.

multos excitat ad bellum sacrum.

82 Sed (heu! heu!) quis mortalium dolorem intimum Patris mei & meam amaritudinem ad plenum narrare valeret? Spes nostra versa est in nihilum: Pater meus cum tantis laboribus & periculis vineam plantauerat, sed inde vinum dulcius melle habiturum factum est acetosum & felle mixtum. Nam vipera illa antiqua

tiqua venenosa, (cuius caput Virgo contriuit) quæ decipit genus humanum, tanti boni futuri voto inuidens, saluationem animarum ferre non sustinens, intoxicauit vinum nostrum, destruendo passagium. Nam Dominus meus Rex ad Principes Occidentales auxilium pro passagio quærens, propter peccata lamentanda illorum, ad quos negotium passagij rationabiliter magis pertinebat, impeditus fuit: & ad terminum suum Venetias venire non potuit. proh dolor! Termino verò elapso & Patre meo Venetiis exspectante & lacrymante, prædicti Nobiles Venetiis caussâ passagij expectantes, de aduentu Regis dubitantes, desperati recesserunt, passagium relinquendo. O dolor in animâ! Iam termino transacto Veneti de oblatione suâ antedictâ absoluti fuerunt, & milites recesserunt cum dolore, vultu tristi, de passagio desperati. Tunc mercatores reprobi gauisi sunt, & de passagio g trufauerunt. Ille tunc Pater meus tristis desolatus opera diaboli benè cognoscens, de Deo non desperatus, electos paucos pro passagio, quos inuenire poterat, in Domino confortans, ad lacrymas & orationes seposuit, Venetiis Regem expectando, & pro ipso Deum orando. Consuetudo adeò sua erat, quòd in omnibus agendis suis humano sensu deficientibus ad Deum & eius Matrem Virginem recurrebat. Et quidquid implorabat communiter impetrabat. Pluries fui

ad moram Regis,

multis discedentibus,

g

ad Deum recurrit:

fui hoc expertus, & numquàm fui deceptus, & etiam in arduis negotiis & quasi impossibilibus.

83 Rex autem Cypri Imperatorem Romanorum & alios Reges & Principes Occidentales, cum magnis periculis, laboribus, & expensis ferè per annum cum dimidio visitabat, quotidie adiutorium pro passagio petendo. Sed heu peccatis mundi imminentibus, & inuidiâ Principum regnante, non inuenit qui laudem daret Deo, nec qui de passagio curaret, nisi in verbo iactante & effectu carente. Non fuit qui terræ sanctæ misereretur, nec de opprobrio suo compateretur. Proh dolor! omnes se Regi Cypri excusauerunt, & ipsum vacuum & lacrymantem remiserunt. Tunc Rex de Principibus Christianorum desperatus, termino suo multo tempore elapso, & sine adiutorio de Deo confisus, cum expensis omnibus de passagio desperatus, Venetias est reuersus, & à Venetis magnificè receptus. Sed ille qui in rebus desperatis fortior erat, & ipsas res ad finem bonum Deo operante perducebat, videlicet Pater meus Legatus, obuiàm Regi iuit, & ipsum lacrymantem & de labore suo & termino perditis lamentantem inuenit. Legatus verò Regi compatiens, à Spiritu sancto instructus, ipsum dulciter & multis argumentis confortauit, & vt in Deum totam spem suam poneret, retrò non respiceret, ad aratrum

à Principibus Occidentalibus auxiliis negatis,

Regem Venetias venientem

consolatur.

manum fortem poneret, & Deus ipsum adiuuaret, ipsum piè admonuit. Rex verò à Deo & verbis Legati confortatus, magnalia in honorem Dei cogitans, vires resumpsit, & in expensis propriis aliquos fideles non multos secum adunauit, mare caussâ transfretandi & passagium non relinquendi. Sed Legatus quid faciebat? Regem incessanter confortabat, omnes in ministerium Crucis animabat, demonstrando victoriam Dei non esse in multitudine populi, sed de cælo fortitudinem demonstrando, quòd paucos in passagio Deus adiuuaret, & ita Regem animabat, & ipsum piè admonebat.

a *Erat is Laurentius Celsus, cui eâ de re hortatorias litteras misit Vrbanus Papa 24 Iunij 1363.*

b *Obiit in Angliâ 8 Aprilis anni 1364. cui successit filius* Carolus V.

c *Ob tributum insulanis impositum, carceri incluso* Leonardo Dandulo *Duce, & negotiatoriis nauibus interceptis. Domitis rebellibus Creta ad imperium reuocata est anno 1364, mense Maio.*

d *Mille, & peditum duplo maiore numero, præter copias nauales sub Duce* Buchino Vermio. *Papa VII Idus Decemb. an. 1363 præceperat Duci Venetorum, vt* Petro *Archiepiscopo Cretensi & Sedis Apostolicæ Legato, in his quæ ad pacem Cretensium attinerent, obtemperaret. Bzouius nu. 11.*

e *Ergo post 8 Aprilis, non mense Ianuario vt posteriores tradunt.*

f *VI Idus Iulij.*

g *Id est, in dolo gloriati sunt. Sæpius* truffa & truffare *legitur in Vitâ B. Angelæ de Fulginio 4 Ianuar.*

CAPVT

CAPVT XV.

Timor belli Genuensis industriâ S. Petri sublatus. Classis ad expeditionem emissa. Exercitia pia à S. Petro instituta.

84 REge autem parato cum exercitu suo paruo ad transfretandum, & personam suam in magno periculo ponendo, sed pro seruitio Dei terminando, Legato ardenter negotium Dei prosequente; & ecce generis humani antiquus hostis; pater mendacij, & Crucis inimicus, de passagij generalis supradicti impeditione adhuc non contentus, sanctis operibus Patris mei, necnon & bonæ intentioni Regis, inuidens, nostrum paruum & singulare passagium & cum difficultate impediuit, & quoddam os ad rodendum in ore Regis proiecit. Nam illi, qui regni Cypri custodes fideles esse videbantur, & magnum *a* adiutorium Regi obtulerunt, videlicet Ianuenses, pro quadam controuersiâ in Cypro factâ inter Regis officiales & ipsos Ianuenses, à regno recesserunt malè contenti, & in Ianuâ collatione factâ ad guarram regni Cypri parati, in destructionem passagij. Rex verò istâ audiens, de proposito

a Genuenses bellum cõtra Cypriũ molientes

 impeditus,

impeditus, non modicùm conturbatur. Sed ne opus Dei impediretur, per nuntios Ianuensibus multa bona verba pacis misit, & quæ fienda erant per eum promisit. Ipsi verò verbis Regis non acquieuerunt, imò galeas plures præparauerunt ad guarram Regi faciendam, & contumeliam Crucis versandam. Tunc qui leonem in agnum mutauerat, & pacem Ecclesiæ Deo operante fecerat, videlicet Pater meus Legatus, de Deo confisus, in talibus assuetus, Ianuam pro pace reformandâ personaliter iuit: & à Ianuensibus, qui semper eius amici anteà fuerant, diabolo instigante, cum opprobrio receptus fuit. Nam Ianuenses indignati contra Cyprienses præconizari fecerunt, quòd nullus Ianuensium obuiàm Legato Regis nuntio iret, nec ei hospitium præberet, in magnam crudelitatem & inauditam. Intrante autem Legato Ianuam quasi lapidatus fuit, nec vbi caput reclinaret inuenit in ciuitate: murmurantes & lapides in familiam Legati iactantes, vnâ voce guarram Cypriam clamantes. Familia verò Legati de vitâ eorum & Domini Legati desperabat, & mortem expectabat, videns populi rumorem & eius malam voluntatem. Tandem Pater meus nihil timens in spiritu, tamquàm Papæ Legatus in quadam ecclesiâ hospitalis cum difficultate receptus fuit, & vix refectionem habuit.

adit Petrus

contumeliosè excipitur:

85 Furiâ autem Ianuensium aliqualiter

transactâ,

transacta, Legatus ad palatium iuit, & *b* Duci & concilio aduentus sui caussam primò cum humilitate aperuit: & in responsione corda amaricata cognouit. Papa enim, ne Regis passagium impediretur, piè admonendo eis de pace affectualiter scripsit, & nonnulli alij *c* Principes & Comites. Sed Ianuenses nihil inde curauerunt, & superbè respondebant, regnum Cypri minando, & de timore Dei parùm curando. Legatus autem qui numquàm aliquem tractatum inceperat, quin quantum in eo erat perficeret, sicut in præcedentibus claré patet, modò cum minis, modò cum argumentis insolubilibus, modò cum verbis mellifluis, doloribus humanis, patientiâ inauditâ, & laboribus infinitis præcedentibus, non in modico tempore corda Ianuensium mollificauit, & ad pacem conuertit. Et Venetias factâ pace reuersus est ad Regem, non modico gaudio, antiquo serpente adeò deuicto.

b

c summâ industriâ eos demulcet:

redit Venetias:

86 Tunc Rex de pace propter passagium gauisus, fideles quosquos habere poterat congregauit, in expensis propriis, & sine adiutorio alicuius Principis vel communitatis Christianorum. Legatus verò exercitum Regis in ministerium Crucis & Dominicæ passionis piè confortabat, omnibus transferendis venerabile signum Crucis dabat, peccatores absoluebat, & orationibus continuis, & diuino officio mediantibus, institutiones diuinas transferendis

animat ad expeditionem paratos:

 piè

Rex vouet non rediturum se in regnum, nisi prius in hostes mouisset,

piè & deuotè declarabat. Rex verò pietate & deuotione motus, & verbis Legati continuè admonitus & consolatus, de Deo confidens, publicè votum emisit, videlicet se numquàm in regnum suum intrare, nisi prius cum exercitu suo in terram inimicorum fidei personaliter intraret, etiamsi mori deberet. Tunc detractores passagij videntes Regis apparatum, & Legati firmum propositum, confusi sunt, & aliqualiter tacuerunt. Noua tunc ad Principes Christianorum volauerunt, ipsos ad bellum Dei excitando, sed ipsi tamquàm crapulati à vino dormientes, de passagio parum curantes, nullum adiutorium dederunt, nec solum pedem inde mouerunt veniendo ad passagium Regis inchoatum, & per summum Pontificem publicè iam indictum.

etiam auxilio aliorũ Principum destitutus.

87. Rex autem Deo operante & Legato consulente, pluribus nauibus armatorum, & ferè quingentorum equorum oneratis in Rhodum antè præmissis, in tertio anno à recessu regni sui cum duabus galeis solis de Venetiis versùs plagam Orientalem recessit, & omnia nauigia sui exercitus sexcenti fermè armati & marinarij omnes, & equi prædicti in expensis & stipendiis Regiis erant omnes, vnâ solâ galeâ acceptâ à Dominatione Venetorum Regi à communi notatâ, Rex verò Legato associatus, vento prosperante, in satis breui tempore Rhodum applicuit, & à *d* Magistro Hospitalitatis

Classis in Rhodum appellit: d

magnificè

magnificè receptus fuit. Rex verò pluribus mensibus antè Principi Antiochiæ fratri suo, regenti Cypri regnum, in mandatis scripserat, vt exercitus regni sui Cypri, regno in bonâ custodiâ permanente, obuiàm sibi Rhodum veniret. Quod & factum est. Nam Rege in Rhodum aliquo tempore expectante, venit exercitus Cypri, videlicet sexaginta nauigia, inter galeas, huisperia, & alia nauigia militum armatorum, sagittarum, balistarum in bonâ quantitate onerata. Qui tunc Patrem meum gaudentem, exercitum benedicentem & Deum glorificantem vidisset, in deuotionem & inimicorum fidei destructionem conuersus fuisset. Ille tunc Magister Hospitalis in seruitio Dei & adiutorio Regis centum milites ordinis sui elegit, & nauigia sua armari præcepit & fecit. *accedunt copiæ Cypriæ, & Rhodienses:*

88 Et Rex & omnis exercitus in Domino lætatus, & de bello confortatus, inimicos fidei inuadere desiderabant. Legatus autem ad artem suam diuinam cùm lætitiâ manum fortem posuit, legem dando, prædicando, cruces nostris peregrinis & etiam schismaticis dando, confessiones audiendo, peccatores absoluendo & reconciliando, modò in consilio Regis, modò inter marinarios & pauperes, modò inter Barones & milites, modò ad Magistrum Rhodi & suos milites in humilitate & diuinâ admonitione laborabat: nunc infirmos visitando, nunc tumores pacificando, nunc inter *B. Petrus omnium animos ad bellum preparat:*

Anglicos, Cyprienses, Gallicos, & Teutonicos conuersatur; semper vnitatem, caritatem, & bellum Dei hortabatur. Quid plura? Tantam gratiam effudit Deus in Patre meo Legato, quòd omnes in exercitu quasi ipsum adorabant, & qui manum suam in die osculari poterat, vel etiam benedictionem receperat, securus de omni casu periculi se reputabat. Quales processiones deuotas & solennes Missas personaliter celebrando, quales prædicationes de Cruce faciebat! Nam in prædicationibus suis omnes ad lacrymas prouocabat, mentes omnium eleuabat, & vsque ad mortem sustinendam pro Christo omnes animabat & præparabat. Tantùm laborauit, & ita ardens erat, quòd vix comedebat, & parum quasi nihil dormiebat, exaltationem Crucis & fidei Catholicæ desiderando & exercitum informando & illuminando.

exercitia pia instituit.

89 Et breuiter laboribus in verbis suis sanctis mediantibus, & sanctâ suâ conuersatione coram omnibus lucente, tantum fecit quòd paucis diebus ante recessum Regis à Rhodo, Rex & omnes Barones & Nobiles de manu Legati deuotissimè & Catholicè sacratissimum corpus Dominicum receperunt. Et in exercitu non remansit fidelis Catholicus, qui ante recessum corpus Dominicum non reciperet, sed etiam infideles Christiani seruientes in magnam deuotionem conuersi sunt, pœnitentiam

Rex ceterique omnes milites cõfitentur & communicant.

agentes,

agentes. Quot & quanti erant illi homines armorum, qui anteà confessi non fuerant in decem vel viginti annis plus aut minùs! Quanti etiam illi, qui deuotionis caussâ ad passagium non venerant, sed caussâ vanitatis & auaritiæ & beneficij Regis! certè maior pars exercitus. Veraciter Deo misericorditer inspirante & Legato informante, in exercitu omnis vallis impleta est, & omnis mons humiliatus est.

90 Sed quid fecit Deus in exercitu suo paruo? Nam Regis potentiâ inter Turcos volante, Deus tantum timorem & terrorem in cordibus Turcorum incussit, quòd maiores Principes Turcorum, videlicet Dominus de Altologo, & ille de Palatio, Ambassiatores suos solennes in Rhodum miserunt Regi, & castra sua, homines, & victualia & amicitiam Regi præsentauerunt per nuntios, & sibi seruire sub tributo obtulerunt. Quod & factum est. Magna est potentia & Dei bonitas, qui seruum suum Regem sic honorauit, & corda inimicorum eius ad pacem conuertit. *Principes Turcorum tributum Regi soluunt.*

91 Adueniente autem termino recessus, Rex de loco inimicorum fidei inuasuro secretè in concilio ventilato, Deo auxiliante, Legato benedicente, proposuit Soldanum Babyloniæ, sanctam ciuitatem Ierusalem & eius hæreditatem occupantem, non ad caudam sed ad caput inuadere, & versùs Alexandriam suum & Dei exercitum dirigere. Et valefaciens

Magistro

Magistro Hospitalis, galeam ascendit. Legatus verò & omnis exercitus galeas & nauigia ascenderunt, & in portis Rhodi iuxta galeam Regis mutuò se congregauerunt. Mira res à Deo mirabilis, & narrandi magna est gloria Domini, & mira, qui ponentes manum ad aratrum in fidei Catholicæ multitudine retro non respicientes fortificat, augmentat, & roborat. Nam Rex Cypri à Principibus & Christianis Occidentalibus derelictus & despectus, nunc à Deo fortificatus, & à Legato diuinitùs instructus, contra opinionem quasi omnium passagium prosecuturus, adeò potentem se inuenit. Nam inter galeas, huisseria, ligna, naues, & alia nau gia ferè centum secum habuit in expensis propriis, quatuor huisseris & aliis paucis nauigiis. Erant circa mille Nobiles armati, balistarij, & sagittarij, & marinarij erant omnes ad bellum parati. Totus autem exercitus Regis fuit circa decem millia bellatorum, & circa mille & quadringenti equi. Sed ij quid erant contra Soldanum & tantos Saracenos? Certè satis, quia Dominus Iesus nobiscum erat, Cruce præcedente, viam nostram in omnibus præparabat.

Soluit classis ex Rhodo.

92 Legatus autem, personis Ecclesiasticis totius exercitus associatus, in galeam Regis ascendit pro benedictione generali exercitus Dei fiendâ. Et ascenso in eminentiori loco galeæ, vt ab omni exercitu videri posset, Rege

prope

prope ipsum stante, & omnibus stantibus & Legatum respicientibus, omnibus signis & vexillis galearum & aliorum nauigiorum depositis, Legatus quamdam largam & inauditam atque pulcherrimam benedictionem à Spiritu sancto incepit, antiquum testamentum & nouum in benedictione allegando, modò nauigia, modò arma, modò personas, modò mare, modò totum exercitum benedicendo in honore Crucis, & Saracenorum destructionem, auxilium Dei inuocando. Rex verò & omnis exercitus Legato deuotissimè ad omnes benedictiones capitibus inclinatis respondebant; & in magnâ deuotione erant. Finitâ autem benedictione, signum regale, videlicet quemdam leonem rubeum magnum, in galeâ Regis subitò leuauerunt, & tubis omnis exercitus insonantibus, & vexillis infinitis leuatis vnâ voce terribili in cælum clamauerunt, Deo regratiando, clamantes & dicentes: Viuat, viuat Petrus Ierusalem & Cypri Rex; contra Saracenos infideles. Tunc Legatus Regi valefaciens & ipsum benedicens reuersus est ad galeam suam, me semper in omnibus associante.

B. Petrus classi solenniter benedicit,

acclamante toto exercitu.

a *Regem an.1363. antequàm Auenionem abiret, Princeps Simon Buccanigra, cæteriq; Ordines summis & quæsitissimis honoribus exceperant, omni genere magnificentiæ prosecuti; vt tradunt Petrus Bizarrus & Vbertus Folietta lib. 7. hist. Genuensis.*

b Gabrieli Adurno.

c *Maximè Dux & Respublica Venetiarum, vti ex litteris Vrbani Papæ constat.*

d *Erat is Raymundus Berengerius, qui Pinsio 28 Maij mortuo successerat.*

CAPVT XVI

Alexandria intercepta: derelicta. Virtus singularis S. Petri in eâ expeditione elucet.

93 ADhuc nesciebat exercitus, vbi Rex ire volebat, vel in Turquiam vel in Syriam, vel in Ægyptum. Legatus verò & concilium secretum Regis, eius voluntatem & propositum sciebant. Rex autem à portu Rhodi recedendo, sapienter surgendo, totum exercitum versùs Turquiam duxit, & in Turquiâ aquâ dulci quantum volebant nostri leuatâ, Rex versùs altum pelagum viam fecit. Elongato ab omni terrâ omnibus nauigiis, voluntatem suam omnibus manifestari fecit, videlicet quòd versùs Alexandriam Deo permittente tendebat, & quòd omnes galeas suas signa ordinata seruando sequerentur, hoc in mandatis dabat. Tunc omnes gauisi Alexandriam clamantes vociferabant, quasi esset quoddam castrum paruum, vel oppidum ipsum captum reputabant. Sed quid fecit Deus mirabile in oculis

Significat Rex Alexandriam peti:

ſis noſtris, ne manus noſtra hæc, & ne opus humanum videretur? Eundo & Regem præcedendo in viâ nauigia ſeparata ab inuicem, vt pluribus diebus non viſa, ventum proſperum omnibus habentibus, & velis in altum quaſi nobis ludentibus, Deus mirabiliter in quarto die à receſſu terræ benè manè totum exercitum in portu Alexandriæ congregauit. Mira res à Deo: nam marinarij de viâ Ægypti conſueti, velut admirantes facti numquàm talia viderunt, & remotiùs valdè eſſe credebant. Saraceni verò exercitum Chriſtianorum in portu ipſorum reſpicientes, non modicùm admirati & turbati fuerunt. Exeuntes autem Saraceni de ciuitate Alexandriæ cum multitudine infiniti populi, vt portum nobis defenderent, in campo phalangas ſuas coram nobis ordinauerunt.

intra quatriduum eò appellit.

Saraceni aciem instruunt.

94 Erat autem dies Iouis, & hora quaſi ſexta. Sed Rex, vt diſtinctè & ordinatè inimicos Crucis inuaderet, ſigna ſua daret & modum bellandi, & quæ pertinebant ad militiam ordinaret, conſilio ventilato, illo die Iouis requieuit, & in terram non deſcendit. Videntes autem Saraceni, quòd exercitus Chriſtianorum ad terram non deſcendebat, animati ad terrorem nobis reputauerunt. Sed Deus nobiſcum exiſtens hoc manifeſtè fecit ad maiorem victoriam & gloriam ſui nominis habendam. Stantibus nobis ſic, ſtrenuitatem Patris mei Legati & martyrij eius ardentem voluntatem tacere

quieſcunt Chriſtiani.

non

non possem. Nam Saraceni in turmis suis multiplicatis sapienter & strenuè in littore portus ordinati vociferantes, nos ad terram descendere expectantes. Legatus adhuc caussam nesciens nostræ retardationis inimicos inuadendi, mihi cum magno feruore desiderij clamando dixit: O frater mi dulcissime Cancellarie, in memoriam passionis Domini eamus cum galeâ nostrâ, eamus ad terram, tantum vituperium sustinere non possum: inuadamus Saracenos Cruce præcedente, & sequantur Crucem omnes galeæ nostræ. Ego autem audaciam eius, & voluntatem ipsius pro Christo moriendi considerans, & non modicùm admirans, ridendo sibi respondi: Pater mi, adhuc non est hora mortis nostræ, non est hora ad terram descendendi: cum reuerentiâ hoc non faciam. Ipse verò tantùm tristabatur, quòd scribere non valerem. Ego enim Regi meo, Patris mei habebam galeæ & ordinationibus regularibus obtemperare, cui omnes obedire habebamus. Tunc Saraceni totâ die ac nocte ciuitatem fortificantes & sine numero exercitum suum in littore multiplicantes, de exercitu nostro parùm curare videbantur, & cum buccinis vexillis erectis, & luminaribus infinitis, in littore portus totâ nocte super nos vigilauerunt, ciuitate circumuallatâ super muros custodibus & infinitis luminaribus.

B. Petrus Cancellarium ad pugnam hortatur.

Saraceni urbem muniunt.

95 Rex autem & omnis exercitus Christianorum

ſtianorum ad tractum baliſtæ ferè cum dimidio iuxta Saracenos in portu ſtabant,& in Dominum quieſcebant, diem futurum cum gaudio expectantes, & victoriam à Deo ſperantes. Manè autem facto,& ſole in clypeis, armis, galeis Chriſtianorum,in terrorem Crucis inimicorum reſplendente, diffinitum fuit per Regem & concilium, Deo auxiliante, horâ tertiarum in terram deſcendere debere,& bellum Dei incipere. Qui tunc vidiſſet Patrem meum interiùs & exteriùs nobiliter armatum, ſuper eminentiorem locum galeæ noſtræ ſtantem, Crucem cum ligno Domini in manibus tenentem, & exercitum à dextris & à ſiniſtris benedicentem! altâ voce omnibus dicendo clamabat: O milites Dei electi, in Domino & ſanctâ Cruce eius confortamini, inimicos eius non formidantes, victoriam à Deo ſperantes, bellum Dei viriliter agite, quia hodie paradiſi portæ ſunt apertæ. Tantùm benedixit & clamauit, quòd omnium audientium corda confortauit. Sed bello adueniente,& ſagittis pluentibus timuit ire? Certè, Non. Nouit Deus; faciem eius mutatam, nec aliquod ſignum timoris vnquam nec in mari nec in terrâ vidi in eo, & tantum ardorem deſcendendi in terram habebat, quòd à ſagittis infinitè volantibus cooperire ſe cum clypeo, me pluries admonente, nolebat. Pulſante verò Regis buccinâ, gradatim & paullatim ſecundùm ordinem datum, galeæ

Exſcenſum parantes Cyprios animat B.Petrus.

nec clypeo ſe contra ſagittas vult tegere.

galeæ & alia nauigia versùs terram remigare inceperunt. Et appropinquantibus terram, Saracenis vltra quàm credi possit viriliter portum defendentibus, nauigia nostra sagittis cooperuerunt. Tanta enim multitudo sagittarum super Christianos tunc cadebant, sicut pluuia super terram. Sed contra consuetudinem humanam, Deo defendente, paucos & quasi nullos lædebant, Psalmistâ dicente: Cadent à latere tuo mille &c.

Psal. 90. 7.

96 Galeis autem terram appropinquantibus, scalas, vt in terram descenderent, in mari iuxta littus vi armorum proiecerunt. Sed Saraceni balistas nostras non timentes, in mari vsque ad pectus intrabant, clypeis eorum coopertis exitum nostrum viriliter defendebant. Tandem bello quasi horâ durante, & Deo benedicente & Legato, modici de nostris in terram descenderunt, & forti bello terram acquirendo victoriam habere inceperunt. Tunc Christiani nostri qui citiùs poterant in terram descendebant, & Saraceni versùs ciuitatem fugientes terga verterunt. Nostri verò persequentes & ipsos occidentes vsque ad portam ciuitatis ipsos persequebantur. Saraceni verò cum difficultate portas ciuitatis contra nos clauserunt, & tunc pro defensione super muros ascenderunt. Magna est gloria Domini, & misericordia, & victoria eius vsque in æternum. Certè hic vnus ex nostris persequebatur

Exscendiût Christiani:

Saraceni fugiunt in vrbem;

mille,

mille, & duo fugabant decem millia. Quid plura? Dominus noster Iesus Christus propter nomen suum nobis ostendit maiora & inaudita. Nam Rege armatorum fidelium circumuallato, muro ciuitatis appropinquante, ciuitate sine ingenio & ordine aliqualiter debellatâ, ad portas ferreas igne modico posito, infra horam Saraceni à Deo percussi *a* muros & turres reliquerunt; & animis deficientibus ciuitate relictâ versus *b* Babylonem fugerunt.

mox eâ desertâ, versus Babylonem.

a

b

97 Tunc nostri Christiani cum vexillis muros liberè ascenderunt, & portis adeò combustis sine impedimento cum paruo damno & quasi cum nullo, Rex, Legatus, & omnis multitudo Christianorum, Cruce præcedente, ciuitatem intrauerunt. Et capta est ciuitas magna Alexandriæ à Christianis, Deo operante, quasi horâ nonâ die Veneris, Octobris mense, anno sexagesimo quinto, *c* quartâ die. Quis loquetur potentias Domini: timuerant aures infidelium. Notas facite in populis potentias eius & mirabilia quæ operatus est in Ægypto coram nobis, vt enarretis in progenie alterâ. Recedant vetera de ore vestro, quia Dominus Iesus nostris temporibus populum suum Christianum exaltauit, & odientes eum in fugam conuertit.

Capitur à Christianis Alexãdria an. 1365.

c

98 Sed væ væ væ! quomodò dolorem Patris mei & meum, necnon vituperium Christianorum narrare incipiam? scribere nescio: arida

arida est manus nostra, quia vires mihi deficiunt. Gaudium & honor Christianorum versa sunt in vituperium. Exaltatio sanctæ Crucis in ignominiam lacrymarum & mœroris. Paradisi porta per misericordiam Dei & mysterium sanctæ Crucis omnibus aperta: & per auaritiam, vanam gloriam & modicam fidem, iterum clausa. Pro tali dolore quid clamabo? quid plorabo, & lamentabor? Percussit Moyses lapides & fluxerunt aquæ, & Deum non sanctificauit, & ideò terram sanctam à Deo sibi ostensam intrare non meruit. Sed heu! heu! non aquam, sed omnia bona mundi à Deo Christianis tradita, & via Paradisi patefacta, Dominam Ægypti Christiani possederant; sed Deum non glorificauerunt: & ideò meruerunt tantum bonum perdere, & ciuitatem Alexandriæ viliter relinquere. Nam ciuitate captâ victoriosissimus Rex pro custodiâ ciuitatis tenuit consilium generale: sed adiutores & Dei seruitores paucos aut nullos inuenit. Rex verò cum lacrymis milites magnos, paruos & mediocres, vt secum remanerent piè implorabat. Sed ipsi de hoc Regi excusantes, & Crucem sanctam relinquentes, de recessu promptos inueniebat. Qui tunc Patrem meum Legatum dolentem, lacrymantem, & quasi desperatum in cælum clamantem, & vt remanerent milites admonentem vidisset, & ipsos renuentes audisset; certè de scandalo fidei Catholicæ

Recusant milites Alexandriæ remanere.

Ad id eos hortatur B. Petrus, frustrà.

tholicæ doluiſſet. Quomodò honorem Dei, vtilitatem Chriſtianorum, & ciuitatem *d* Ieruſalem iam acquiſitam in retentione Alexandriæ, clarè oſtendebat. Et damnum & vituperium Chriſtianis inde ſecuturum ipſam relinquendo infinitis argumentis demonſtrabat, Aliqui verò de exercitu noſtro remanere cum Rege & Legato promptè offerebant, ſed diabolo inſtigante maiores ipſorum impediebant. Quid plura? Corda indurata & iniquitate percuſſa fuerunt: & Regem dolentem & Legatum præ dolore quaſi morientem reprobi vicerunt, de receſſu concludendo, de Deo deſperando, & de potentiâ eius non confiſi, & victorias eius inauditas prorſus fuerunt obliti. Damnum enim Chriſtianorum & noſtrum vituperium ſcribere non valerem, & meam triſtitiam renouarem, ſed in quadam epiſtolâ authenticâ, manu Patris mei Legati ſcriptâ Papæ & Imperatori dirigendâ, cuius tenor infrà ſequitur. vt clariùs poteſt intueri.

99 Rex verò in concilio ſuo victus, Deo permittente, Alexandriam relinquens, nemine inimicorum perſequente, in galeam quietè adſcendit, & noſter exercitus in nauigiis ſe collegit, verſùs Cyprum tendentes, Paradiſum relinquentes, in pelagum nauigauerunt. Sed quid fecit Deus nobis? Tantam fortunam in mari miſit, quia omnia nauigia noſtra diuiſit, fortunam fugiendo & quaſi periclitando. Sed

Rex dolens cogitur à ſuis Alexandriam relinquere,

Ingenti tempestate iactatur classis.

qui anteà timore percussi sine caulsâ Alexandriam reliquerunt, tantùm timorem in mari habuerunt, quòd respirare quasi non poterant. Tantùm mare timebant, remansisse in Alexandriâ affectantes, & peccatum cognoscentes. Pater meus mihi quotidie dicebat: Ista fortuna est Dei vindicta, quia relicta est Alexandria. Maiora enim videbitis in tempore, non dubitetis. Mira res, nam fortunâ intumescente, & nemine se posse iuuare, Pater meus tactus dolore, epistolam prædictam manu propriâ scripsit, & ad finem vsque perduxit, & mihi ostendit, cuius tenor sequitur in hæc verba.

a *Thomas VValsingham de rebus Anglicis, in Eduardo III. ita scribit, sed perperàm:* Non ceperunt nisi vnam partem vrbis, ex vnâ parte fluuij, quia brachium quoddam marinam vrbem secat, reliquam partem tenuêre pagani.

b *Vrbem Soldani regiam.*

c *Imò tertiâ die Octobris, litterâ Dominicali E. & patet ex num.123 vbi anno sequenti mortuus dicitur, die Martis festo Epiphaniæ, 6 Ianuarij.*

d *Ita Petrarcha epistolâ ad Philippum Mazzerium.* Iam, *inquit.* non tantùm Alexandria, sed Memphis & Antiochia, & Damascus & Babylon Christianorum essent. *Dein addit:* Paucorum virtute, quorum tu etiam pars fuisti, illa nobilis ciuitas data erat, multorum seu ignauiâ seu perfidiâ erepta.

CAPVT

CAPVT XVII

Epistola S. Petri ad Papam & Imperatorem, de successu expeditionis.

100 LIcet communis dolor planctu dignoscatur communi; verùm quod plus tangit, plus communicat mœrore, & viscera compunctionis inducit. Et quia ego vsque in senectam & senium laboraui, & clamans raucus factus sum, frequenter linguâ percutiens, cùm armis non valerem, vt Christo fideles milites, pugiles IESV CHRISTI arma sumerent, scuto protecti fidei procederent; & Ierusalem matrem nostram, diu sub Agarenorum ritibus, imò potiùs fæcibus, detentam, magnâ Christianorum negligentiâ & desidiâ pertinaci. Çùm nunc in nouissimâ horâ & in fines seculorum, ac in termino temporis, Illustrissimo Principe Petro Rege Ierusalem & Cypri, discursu laborioso & impensis grauissimis cum sanctissimo Domino Vrbano Papâ v passagium procurante, cuius indignus legationis functus fui officio, cum multitudine copiosâ venissemus, armato Rege prædicto Capitaneo præsidente, cum deuotionis affectu, velis inflatis; mari quieto, & vento prospero, quem Deus de thesauris suis produxerat; & non per mare *Classis feliciter appellit in portum Alexandrinum.*

ire viderentur, sed potiùs & manu Dei portari sine impedimento, diuersa nauigia, nocte ac die diuisa & ab inuicem non visa, vnâ die in portu Alexandriæ inclusa, nutu potiùs illius qui Petrum fecit ambulare in mare, quàm regimine humano.

101 Quiete indictâ à meridie vsque ad tertiam alterius sequentis diei, ante maris egressum, multitudine infidelium pro egressu resistente, vt probaret Dominus vires nostras, qui suâ virtute paucos de nostris deduxit in littore. Quibus terga vertunt infideles, quibus fuga fuit remedium & inclusio intra muros. Et ex tunc satis citò secuta sunt vaticinia Ezechielis Prophetæ, vt fierent iudicia in Alexandriâ, iudicia, inquam, Dei, hominibus ignota, Deo cognita, vt non possent aggrauati armis pergere, muros ascendere, lapides proiicere, nec sagittas balistis trahere, quibus inimici vbique tam in muris quàm in turribus, quàm in hospitiis inuenti sunt vltra modum. Sed non fuit pugna nostra, sed Domini, qui omnibus mirabilibus hîc mirabilior extitit, narrabitur in æternum. Pugnauit populus Israëliticus contra Amalech, qui non tuebatur muro, Moyses fatigabatur, & moriebatur populus, cùm manus deponebat. Et hîc lassari non potuit nec Sacerdos, nec populus, quia vix vnius extitit horæ pugna, nec in bellando aliquis de nostris extitit mortuus: cùm essent inexpugnabiles inimici

Exscenditur in littus: Ezech. 30.14.

nemine Christianorum occisa capitur Alexādria.

mici, in homines aſcenderunt primùm, nec quæ vana quærunt, iactant ſe primùm in bellis prælium quærentes, quia non fuerunt primi in acquirendo, licet in relinquendo pro tali dolore. Pugnante Ioſue franguntur muri, & intrat populus. Sed hîc (ô Deus!) relinquuntur turres vt caſtra, muri vt caſtra relinquuntur, vacua intrant promiſcua. Quis Scripturarum diſcurſus? nullus fuit hîc fidelium occurſus. Ferreæ comburuntur portæ, gentes traduntur *a* in morte, quas non ſeruauit Deus fugæ ſorte. Et ſic capitur ciuitas, vt Pariſiis habitata, vt Venetiæ grata, vt Ianua rata, plena diuitiis, iocunda deliciis, fecunda fructibus, irrigata fluminibus paradiſi, frequentata mercatoribus: quæ erat Ægypti Regina, baculus infidelium, & porta fidelium ſi tenuiſſent.

a urbs celeberrima.

102 Sed noſtrum gaudium verſum eſt in luctum: vnde & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea. Patior, patior vehemens, & non eſt qui compatiatur afflicto. Diu laboraui, laboraui in gemitu meo. Sed nunc materiam deduco, gemitus in publicum profero, ideò verba mea dolore ſunt plena. Exitus aquarum deducent oculi mei, & torrentes effluent lacrymarum. Sagittæ enim Domini in me ſunt. quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Sed torrentes iniquitatis alienæ conturbauerunt me. Vtinam aperiantur cataractæ miſeri capitis mei; & totus in lacrymis

deſeritur, ingenti dolore B. Petri,

fluuius. Multis enim solatio sunt lacrymæ. Dolor siquidem speciem ignis gerit, quia dum plus tegitur plus reuiuiscit. Si me Dominus in amissione rerum temporalium, aut amicorum morte, aut in afflictione proprij corporis flagellasset, æquanimiter sustinerem. Sed plagam sentio, quæ ad interiora mea penetrat. Nec minùs crucior, quàm si quis viscera meà à me violenter auellat. Et quid mirum? imò miror, si non morior: quia vidi illata vulnera, ablata fœdera, prolata scelera. O illata vulnera! vulnus & liuor & plaga tumens: vulnus in facie, liuor infamiæ, plaga tumens cum insanie. O vulnus in facie! vulnerati enim fuerunt principales, consilium facientes in vnum milites, qui videbantur potiores, summi, fortiores, vt facies in corpore. Qui autem, vt Petrus Christo Regi dicebant: Si oportuerit nos mori tecum, non te dimittemus. Sed timore percussi, non ancillæ voce, quia non astitit, nec aduersariorum posse, quia nullus potuit nocere. Reliquerunt enim eam, de Deo non confisi, in nullo prouisi, sed ex toto diffisi, ac si Deus, quos iam introduxerat, fortis non esset pro custodiâ: non attendentes quòd super muros eius posuit custodes. O liuor infamiæ! Nonne dicent gentes: Vbi est Deus eorum? quæ antè dicebant, vt vero percepi relatu: Deus pugnauit pro eis. noster Machometus victus est. Deus Christianorum magnus & fortis est; deridens

Matth. 26.35. *ob fœdam pusillanimitatem eorum, qui Regem reuerti coëgerunt,*

ridens qui apparebat gloriosus in militibus suis. Et reddebant testimonium, qui non nouerunt, nec exquisiuerunt nomen tuum. Gloria nostra versa est in ignominiam. Dies festi conuersi sunt in luctum, sabbatum in opprobrium, homines eius in nihilum. Secundùm gloriam eius multiplicata est ignominia eius, sublimitas eius conuersa est in luctum. Et ego vidi heu! & vt quid est mihi viuere, cùm sit tantus liuor infamiæ, plaga tumens cum insanie?

cum magnâ ignominiâ religionis Christianæ:

103 O plaga Ecclesiæ cum insanie, quæ sanari non potest medicamine! Heu quis medebitur incantatori à serpente percusso? Qui debebant modò incantatores, serpentinos homines, membra serpentis qui nostros decepit parentes, obmutescere facere; veneno percussi, dicatis in animo: Non potuerunt stare, quibus maledixit Dominus. O genti peccatrici, filiis sceleratis, semini Procerum, populo graui iniquitate! Dereliquerunt te, alienati sunt retrorsum. Et fit magnus planctus in Ecclesiâ quia vidit vulnera; nec minor, quia attendit ablata fœdera. Heu dolor intolerabilis! Numquàm auditus similis. Quos Deus coniunxerat, vt caperetur ciuitas, diuisit iniquitas. Vnus recedit ab alio, & facta est diuisio, contentio inter Principes. Et recesserunt *b* Anglici, qui videbantur fortiores, factâ coniuratione cum Principe, cuius ex parentelâ & dolosâ sequelâ nòmen tacere debeo. Sed doleo, quia super eo est querela:

Principes exercitus præcipuè tumultuantur.

b Angli quêdam Principe secuti discedunt:

querela: semper carebit medelâ, quia narratur & vulgatur, quòd ipse facit talia, vt sit relicta Alexandria. Et maledicunt Catholici multi, credatis, & Gallici, & quamplures Teutonici, & omnes Italici, clamantes: Væ homini illi, per quem scandalum venit. Meliùs erat si natus non fuisset homo ille. Quia cùm voluisset caput, Rex, resumere vires, velut probus miles, noluerunt hi assistere: sed cum suis Anglicis, qui nolentes in ciuitate in crastinum pernoctare deuictâ (ibi potestis peccatum notare) se ostendit absentare, & omnino segregare à Regis consortio.

Cancellarius generosè turris custodiam suscipit.

104 O dolor! in medio cum cancellatis manibus, vnà cum Cancellario, milite vero, strenuo, docto, in consilio philosopho, de Manseriis, dolente pro miseriis Christianorum atque suspiriis, qui se promptè offerebat pro turris custodiâ, quæ erat magis dubia, cum brachiis quinquaginta, cum sociis quadraginta in expensis propriis instantissimè, & cum fletu, vt staremus sine metu inducendo, cùm exemplis, & hoc multis argumentis, quòd poterat custodiri locus noster & murus. Et instabant apud Regem custodiendi dando legem. De nostris verbis non fuit cura, sed sequuntur nimis dura: nulla confidentia de Dei potentiâ, imò inceperunt contra fari Admirati, & murmurari. Sed non fuit murmur contra me, de quo tristor maximè, sed contra Dominum; de

quo,

quo, credo, est iratus Deus ipse & turbatus, & sentiet Admiratus Hospitalis militiæ, qui priùs nec sententiis, neque verbis aliis, hîc induci potuit, quòd remaneret pro custodiâ ordinis, nisi in Regis agmine, & concedendo negaret, & sic fugam impetraret. Et quia solus ille plures habebat quàm mille, turbauit non immeritò plures à proposito. Et sic totius exercitus eius verbis agitatus recessit quasi fugatus. Ipsis enim timorem incutiens, prædixit multoties quòd veniret Soldanus sine morâ, quasi captans horam. Et tamen licet stantes verecundè ante muros, non iocundè, die c sextâ recessimus; nec venisse quemquam percepimus: imò nec intrare muros audebant: tantùm nostros ij timebant. Sed quia scribitur, Fugit impius nemine persequente, verum dixisse nouimus, & in nostris percepimus. Vidimus hîc rupta fœdera, & monstrata scelera. In egressu vidimus vanitatem: sed percussit eos Deus. Et marinarij præcedebant in hymnis, in illo egressu tripudiantes: sed percussit eos Deus, vt quasi cæci palpantes parietem, pretiosa non inuenerunt, & quæ erant sua reliquerunt alienis in egressu in infidelitate, quia non cognouerunt Deum; & ideò conqueritur ipse Deus.

Hospitalariorũ Dux vanii aliis timorem incutit.

c

Prou.28.1.

Deseritur Alexãdria

105 Audite cæli & auribus percipe terra, quia os Domini locutum est: filios exaltaui & enutriui; ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini Isa.1.2.

mini

mini sui; Israël autem me non cognouit, videns Deum Israël, scilicet populus Christianorum, qui viderat mirabilia in mari sine periculo, in exitu deuicto populo, in captione ciuitatis quasi sine obstaculo. Audite cæli & auribus percipe terra, id est, Præsidentes Prælati in Ecclesiâ, & terra, id est, Principes terreni: quanta fecit nobis Dominus, & præcedite tu Summe Pontifex, populum exhortando, indulgentias concedendo, thesaurum Ecclesiæ exponendo, quia tibi quasi imponitur plaga præsens. Quia si venisset populus in sufficientiâ, & prouidisset de aliquo Ecclesia, nulla excusatio fuisset, de tanti loci custodiâ. Vide Domine opprobrium nostrum in loco relicto, & attende Dei virtutem: quia cum paucis, & quasi cum nullis, inimicorum comparatione, tradidit tibi Deus ciuitatem muris circumdatam, turribus ornatam: vbi Ægypti diuitiæ, vbi Ægypti deliciæ, vbi timor est inconcussus Agarenorum, qui numquàm erit discussus. Insta opportunè & importunè, quia non restat aliquid aliud nisi vt oculos nostros ad te leuemus, vt subuenias & subitò cum gente Agarenorum confligas: quia timor debilitat eos, & Deus nos adiuuat.

Hortatur Petrus Pôtificem vt ad sacram expeditionē omnes incitet:

106 Et tu inuictissime Imperator, ad quem respiciunt oculi totius Israël, vt incipias tu Rex Regum & Dominus Dominantium: cui Deus plus Salomone sapientiam, plus Pharaone potentiam,

& Imperatorem vt eam ipse suscipiat,

tiam, &,vt fama habet,ſatis multam pecuniam conceſſit: cui præbebunt Reges auxilium, Veneti & Ianuenſes & maritimi ſufficiens nauigium, Dominus Papa indulgentiarum ſuffragium, & vacabit populus affectus deuotione, Clerus ieiuniis & oratione, totus mundus in collatione. Oſtende Domine potentiam tuam, & veni, & libera nos. libera ſanctam ciuitatem Ieruſalem, quæ tanto tempore fuit ancilla. Ad te clamauit, & clamor eius vſque ad aures peruenit Domini Sabaoth: quia ſi non exaudieris & audieris, timeo, & non ego ſolus, ſed multi mecum, vt iraſcatur Dominus contra te,& per eas ante tempus. Inſigniuit enim te Dominus tot inſigniis, dotauit te tot priuilegiis, vltra & ſupra omnes prædeceſſores,vt meritò & ex debito recognoſcere debeas, & in illo quod eſt ſibi magis gratum, vt recuperes locum ſuum de Ieruſalem, & ibi fiat ſacrificium illibatum & veſpertinum. Quod tibi concedatur per Deum viuum & trinum, Amen.

alioquin minatur diuinam vltionem.

a *VValſinghamus:* peremptâ illic non modicâ multitudine paganorum.

b *Idem:* Interfuerunt plures Anglici & Aquitanici, referentes in Angliam & Aquitaniam pannos aureos & holoſericos, ſplendoreſque gemmarum exoticos, in teſtimonium tantæ victoriæ illic factæ,

c *Hinc Petrarcha in epiſt. ad Ioannem Boccatium aſſerit,* animum Regi non defuiſſe, ſed à comitatu ex Tranſalpinis maximè gentibus collecto deſertum, vt qui pium Regem non pietate, ſed cupiditate ſequerentur,

querentur, collectis spoliis abiêre. *Quæ idem Petrarcha pluribus in epistolâ ad Philippum Mazzerium exaggerat.*

d *Idem VValsinghamus:* quarto die captionis eius vel quinto, recedentes illæsi ciuitatem deprædatam incredulis reliquerunt.

CAPVT XVIII

Reditus classis in Cyprum. S. Petri ægritudo.

In Cyprum reuersus cùm classe S. Petrus.

107 TAndem cum infinito periculo exercitu nostro diuiso, & ab inuicem non viso, Cyprum Rex applicuit, & vnà cum Legato Nicosiæ ascendit. Tunc Legatus post pusillum artem suam recepit, & ad gratiarum actiones Deo fiendas Regem & omnes admonuit, processionem vniuersalem ordinando, & ibi prædicando de victoriâ Alexandriæ Deo regratiando, regnum Cyprium de guarrâ inceptâ cum Soldano & passagio inchoato piè confortauit. Tunc Rex determinato consilio, quòd ad summum Pontificem iret, & quæ facta erant referret, & adiutorium peteret, Legatum dulciter rogauit. Qui libenter annuens & semper pro fide laborare desiderans, Ambasiatâ à Rege plenè acceptâ, & Regi valefaciens nauigauit.

supplicationes indicit in gratiarū actionem:

destinatur ad Pontificem Legatus:

108 Tunc falsi & auari mercatores Alexandriam

andriam ire volebant, & pacem singularem cum Soldano facere proponebant. Legatus verò ista audiens, aggrauatus & fortiter dolens generaliter omnes mercimonia facientes in terrâ Soldani *a* excommunicauit. Sed vide magnum miraculum inde citò secuturum. Nam quidam Venetus, paruipendens sententiam Legati, cum vnâ galeâ versùs Alexandriam viam arripuit, sed tantam fortunam à Deo habuit, quòd reuersus est in Cyprum & ibi periclitauit naufragium faciens, galeam, & quidquid habebat perdidit, & vix euasit. Et vsque hodie sententiâ prædictâ operante, plura & plura nauigia vndique venientia Alexandriam caussâ mercimonij iuerunt, & quasi omnes periclitauerunt, & illorum qui viuus euasit à Saracenis captus fuit.

Negotiantes in terris Soldani excommunicat:

a

contemnētes diuinitus puniūtur.

109 Aliud miraculum mirabile. Nam Pater meus in fortunâ magnâ mihi dixerat, quòd maiora viderem de illis, qui fuerunt caussa, quòd relicta fuit Alexandria. Nam illi à regno Cypri versùs Pontum redeuntes, ferè per mille milliaria nauigauerunt, & adeò fortunâ percussi & ipsâ ducente coram Alexandriâ iterum iuerunt, & Cyprum pro salute reuersi sunt. Et pòst ter quater de Cypro recesserunt, sed fortunâ inualescente, & Deo mare tribulante, & furorem suum prædictis ostendente, iterum Cyprum reuersi sunt. Tantum timorem & tanta pericula adeò transierunt, quòd priùs Alexandriæ

Variè indicantur qui caussa fuerant relictæ Alexādriæ.

andriæ remanere, ſicut credo, ſeptem annis in cordibus ſuis elegiſſent. Et vix in quatuòr menſibus à regno Cypri omninò recedere potuerunt: nec lætitiam cordialem credendum eſt conſcientiâ remordente vnquam habebunt. Iſta memoriæ duxi ſcribendum, vt opera Dei manifeſtentur, & quærentes Deum & Crucis myſterium toto & puro corde, ſicut Pater meus Legatus ſuo tempore fecit, exaltentur & in Deum glorificentur.

110 Tempus enim propè eſt, vt ad triſtitiam meam reuertar, dolorem meum renouando, & cum lacrymis ſcribendo. O fortuna tua tota amaritudine repleta! Cor meum & viſcera mea nunc amaricando penetrauit, ſicut in Alexandriâ Domino meo fecit. Non tu fortuna, ſed Dominus Ieſus Chriſtus omnipotens, miſericors & metuendus, qui animas ſuorum fidelium vigentes hunc mundum pollutum à corpuſculo ſegregat, & in cælum glorificat. Deus enim laborem Patris mei Legati piè reſpexit, & quomodò velut alter Paulus nomen ſuum coram Regibus & Principibus ſtrenuè portauit, Crucem ſanctam, & Eccleſiam ſuum multiplicando exaltauit. Nam peccatis noſtris imminentibus, & gratias Dei non cognoſcentibus, Patrem noſtrum à nobis leuauit, & me filium ſuum deſolatum dimiſit. Sed vt finem ſuum glorioſum, temporibus noſtris inauditum, in omnibus fidelibus manifeſtetur,

inferiùs

inferiùs declarabo, ad laudem & honorem ipsius Domini mei Iesu Christi, & memoriam ipsius Legati, & instructionem proximi. Pater verò meus relictâ Alexandriâ vsque ad finem suum gloriosum numquàm, sicut consueuerat, lætus fuit, tantam amaritudinem in corde suo portauit, quòd mortem, si à Deo esset, affectabat, sicut clarè patet in epistolâ suâ supradictâ. Ipse verò in Famagustâ ad viam Curiæ Romanæ se præparabat, & galeam suam expediendam expectabat. Ego autem à Domino meo Rege cum ipso ire ordinatus eram, cum Rege stans litteras Patris mei fieri faciebam.

B. Petrus assiduè luget post relictam Alexandriã.

111 Adueniente verò die Natiuitatis Saluatoris, Pater meus semper magna officia diuina personaliter celebrans, in vigiliâ Natiuitatis Domini Famagustæ de ecclesiâ Carmelitarum, vbi hospitabatur, ad ecclesiam maiorem pedes in magno luto pro matutinis solenniter celebrandis iuit. Et indutus Pontificalibus, mitrâ semper in capite, matutinas celebrauit, ac tres Missas solennes cum nota festiuè, & eundo, celebrando, redeundo, frigore percussus fuit. Nam ipse ieiuniis, vigiliis & dolore totus maceratus erat. Et nec alia vestimenta contra frigus quàm æstate portare volebat. Tunc frigore tactus, aliqualiter se alteratum sensit, & de hoc non curauit. Sed quid fecit? Omnibus festis Natale sequentibus Missas in Pontificalibus celebrabat, & totus ardens in cultu diuino

Officia Ecclesiastica in Natiuitate Christi solenniter celebrat,

in magno frigore

M. personæ

personæ suæ iam tactæ non parcens, die sabbati Natale Domini *b* sequentis de ecclesiâ Carmelitarum nudis pedibus in magno luto extra ciuitatem ad ecclesiam beatæ Mariæ de *c* Cenâ iuit. Ibique in Pontificalibus & nudis pedibus super lapidem stans, Missam solennem celebrauit. Et quando sæpè à suis reprehendebatur, eis respondebat dicens: Quomodo antiqui Patres in eremo nudis pedibus continuè erant ambulantes? Adueniente verò die Dominico & die Lunæ, aggrauatus Missam quotidie celebrabat, & infirmitatem suam quasi occultare suis videbatur.

b

c

nudis pedibus incedit: morbum contrahit:

112 Die autem Martis febris eum fortiter arripuit, & facie mutatâ familia sua de ipsô dubitauit, & statim miserunt pro me. Ego verò cum gaudio modico citiùs quò potui Famagustam die Mercurij sequenti veni, & medicum regium mecum duxi. Pater meus tunc satis benè stabat, & non inueni eum ita aggrauatum, sicut mihi dictum fuerat. Et cum eo steti vsque ad diem *d* sabbati & medico regio curam ipsius imposui. Die autem sabbati ipse me compulit ad Regem reuerti, & negotia sua & mea pro itinere & litteras expedire, dicens mihi, quòd benè stabat, & quòd citò recederemus. Ego verò inuitus ab eo recessi, & parcat mihi Deus, quia malè feci: sed voluntatem eius, sicut nouit Deus, semper adimplere desiderabam. Ante recessum meum ab eo, solum me vocauit, & cum

visitatur à Cancellario cum medico regio;

d

cum quadam caritate feruenti, quâ me indignum & non plenè cognoſcentem amabat, vitam & peccata ſua cum mirabili contritione familiariter mihi narrabat. Quæ peccata ſua iudicio meo non reputabam, nec reputo attentis circumſtantiis. Ego verò, quod mihi inſpirabat Deus, ſibi conſolando dicebam. Tunc familiariter mihi dixit: Frater mi, ego ſum peccator magnus, ſed habeo bonum Iudicem, pium & miſericordem, Deum meum, ad quem recurro, & de veniâ non deſpero. Iſtis auditis verbis de eo multùm timui; ſed quia mihi dicebat, quòd benè ſtabat, de diſpoſitione domus ſuæ ei loqui non præſumebam. Ipſe autem tunc mihi propheticè dixit: Eatis, vt citò poſſitis redire, quia omni iſta ſeptimanâ adueniente intendo recedere, ſicut Deo iubente fecit.

illi vitam ſuam narrat.

a *VValſinghamus:* omnia genera ſpecierum tranſmarinarum *(id eſt aromatum)* diu poſthæc & rariora & cariora fuêre.

b 27. *Decembris, feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, non poſtridie Natiuitatis, vt interpretatur VVaddingus num.* 38. *cùm feſtum Natiuitatis inciderit in diem Iouis.*

c *VVaddingus,* Cana.

d 3. *Ianuarij an.* 1366.

CAPVT XIX

Præparatio S. Petri ad mortem. Testamentum.

Mortem suam diuinitus præscit:

113 ILlo die sabbati, me ab eo recedente, ipse incepit aggrauari, & Spiritu sancto reuelante, clarè mortem suam cognouit. Ab illâ horâ non fuit aliquis, qui in eo solùm vnum signum terroris mortis in verbis suis cognosceret: imò tantam sapientiam, discretionem, & securitatem in eo vigere & crescere tunc ostendit, quòd numquàm in vitâ suâ tantum ostenderet. Illo tunc ciuitatis Magnates ipsum visitauerunt, inter quos Dominus Petrus Marcelli Regis Cypri Camerarius affuit: cui Pater meus propheticè clarè dixit: Domine Petre faciatis præparare galeam, quia die Mercurij omnino recedam. Adueniente autem die Dominicâ circa horam tertiam, Fratrem Arnoldum *a* de Solino Ordinis sui, Confessorem suum vocauit: & cum magnâ diligentiâ, contritione mirabili, & lacrymarum effusione, longam generalem & particularem confessionem fecit. Posteà ab ipso suo Confessore Missam deuotissimè audiuit, & totam familiam suam coram eo communicari fecit, eisque quamdam admirabilem prædicationem fecit, & quòd bene

a generalem confessionē facit:

nè

nè cum Deo ſtarent dulciter admonuit. Sed quis verba ſua diuina ſcribere valeret? Certè impoſſibile foret.

114 Sermone verò ad familiam omnibus flentibus completo, iuſſit apportari vnum ſaccum vilem & abominabilem, & cum clarâ voce dixit: Iſta eſt veſtis candida & iocunda, cum quâ Chriſtiani ſepeliri debent, ſaccum quaſi *b* iocale ſuper caput eius ponens. Tanta mirabilia deuotionis & contritionis dicendo, quòd omnes inundatione lacrymarum fluerent. Et tunc ipſe pietate humanâ coactus fortiſſimè fleuit. Deinde coram omnibus fecit afferri vnam chordam, & eam poſuit ad collum ſuum, ligando & ſtringendo chordam per os eius cum magnâ contritione dicendo: Non ſufficit iſta chorda tali peccatori, ſicut ego ſum: parua eſt enim ad caſtigandum talem peccatorem. O quotiens, ait; cum linguâ meâ falsâ offendi Deum meum! Tunc iuſſit ſeipſum deponi in terram, & in terrâ iacens familiæ ſuæ alium fecit ſermonem mirabiliter ſemper concludendo, quòd cum Deo benè eſſent; & quòd ſi hoc facerent, Deus eos benè prouideret, dulciter eis promittebat. Tunc ad lignum Crucis ſe conuertit adorando, oſculando, & mirabilia dicendo, & manibus iunctis veniam deuotiſſimè petiit omnibus familiaribus ſuis, omnes ad lacrymas prouocando, & dicendo: O fratres mei & amici, quantos labores & pericula in ſer-

b

funem ſibi ad collum ligat:

deponitur humi:

petit veniã à ſuis:

uitio meo ſuſtinuiſtis, famem, ſitim & frigus, fortunas, & tribulationes. Non honoraui vos, nec tractaui, nec procuraui, ſicut debuiſſem; dulciter me & mores meos ſuſtinuiſtis. O quotiens in periculo mortis poſui vos! Quomodo poſſem vobis retribuere? parcatis mihi, parcatis. Familia verò præ abundantiâ lacrymarum ei reſpondere non poterat.

curat ad ſe deferri corpus Christi:

115 Tunc iuſſit ſibi afferri ſacratiſſimum corpus Domini, quod erat ſuper altare coram ipſo, per Confeſſorem ſuum, & manibus iunctis coram Sacramento iſtam orationem legit: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et deuotiſſimè dixit poſteà articulos fidei ſigillatim, maturè, & cum quadam magnâ reuerentiâ altè confeſſus eſt cum contritione ardenti & flenti, dicendo quòd ſi in aliquibus dogmatizaſſet vel aliquam quæſtionem ſiue dicta aliqua contra fidem Catholicam, præcepta ſanctæ Eccleſiæ diſputando, loquendo, conferendo, vel alio quocumque modo cauſâ vanitatis, ſimplicitatis, coram Deo ſuo toto corde reuocabat. Quibus dictis ait: Domine non ſum dignus &c. Aue ſalus &c. quæ omnia cum magnâ deuotione dixit; & reuerenter & deuotiſſimè, in fide non fictâ communicauit. Quo facto ſatis citò ipſum ſuper lectum ſuum ſedendo repoſuerunt. Confeſſor verò ſuus, & nobilis vir Hugnectus de Maymmon Patris mei magiſter hoſpitij, ipſum Patrem meum Legatum conſolantes,

facit profeſſionem fidei:

communicat:

ſolantes, chordam ſiue funem de collo ſuo leuare voluerunt. Quibus dixit: Abſit, abſit, non leuetis eam. Iſta non eſt condigna retributio peccatis meis. Si non timerem Deum meum, benè facerem aliud cadaueri meo, quod tantùm peccauit contra Deum ſuum: iuſſitque familiæ, vt ipſum aliquantulùm requieſcere dimitteret, & quòd optimè ſtabat. Quod & factum eſt.

116 Ab illâ horâ ſemper tenebat oculos ſuos ſurſum contemplando, dixitque: Heu, quare receſſit Cancellarius? Tunc venerunt ad eum duo Sacerdotes deuoti, cauſsâ viſitandi, Dominus ſcilicet Barnardus Groſſarius Papæ, & Dominus Petrus eius ſocius. Quibus Pater meus dixit: Benè ſto, ſed oretis Deum pro me, & quòd ſibi placeat me liberari ab iſtis latrunculis, id eſt, dæmonibus. Hos videbat in acie aduersùs pedes lecti. Rurſus dixit: Beata Virgo MARIA ipſos c timuit, orate pro me. Iuſſit igitur accipere Crucem ſuam, quæ portabatur coram eo, ad caput lecti exiſtentem, & fecit eam poni ad parietem ad pedes lecti; vbi videbat latrunculos, & ſtatim receſſerunt ab oculis eius.

c videt turbam dæmonum qui à D. Virgine, & cruce fugantur.

117 Illo tunc familiâ conuocatâ, omnibus ianuis apertis, coram omnibus per Notarium authenticum diſtinctè, maturè, & ſapientiſſimè ordinationem ſuam & vltimam voluntatem, mente ſanus & intellectu vigente, fecit & ordinauit.

Condit testamentum sapientissimè.

ordinauit. Sicut mirabiliter apparet in testamento ipsius scripto, in quo memoria eius, sapientia, deuotio, & Spiritus sancti gratia manifestè declarantur. Et verè secundùm opinionem Archiepiscopi Nicosensis dicentis, quòd ipse Legatus in plenâ sanitate suâ de dispositione bonorum suorum non ordinasset ita completè, sicut fecit. Confessor verò suus sibi petiit, quem vel quos Commissarios habere volebat. Ipse verò respondit cum quodam magno & cordiali suspirio, dicens: Aliàs feci & constitui pugilem meum Cancellarium, sibique bona à Deo sibi commissa corpus & animam recommendaui, & iterum ipsum volo. O Pater mi amantissime, quomodò possem ista scribere sine lacrymarum inundatione, caritatem mihi impensam commemorans? Certè non. Tunc ad admonitionem sanctam Confessoris sui Dominum Archiepiscopum Nicosensem, & Dominum Berengarium Gregorensem, Nicosiensem Decanum & Papæ Collectorem, Commissarios suos constituit, necnon & me dolentem & miserum filium suum.

Cancellarium constituit testamenti sui executorem,

118 Quid enim ordinauit de sepulturâ suâ? Humiles audite. Ille verò qui ab omnibus Christianis Orientalibus velut Papa, si fas est dicere, quia locum eius tenens, propter sanctam suam conuersationem reputabatur, & quasi adorabatur, humilis semper in vitâ, humilitatem non modicam in fine ostendit, pomposam sepulturam

ſepulturam abominando, dicens: Sepelite me in introitu chori, vt omnes homines cadauer meum calcare poſſint & debeant, & etiam, ſi poſſibile eſt, capreæ & canes. O quanta humilitas! Ordinatis verò per ipſum ſapienter omnibus, quæ ad illum diem Dominicum pertinebant, Pater meus illâ nocte quieuit, & familia ad quieſcendum iuit. Die verò Lunæ in manè Hugnectus prædictus magiſter hoſpitij ad ipſum venit. Cui Pater meus, ipſum per manus tenens, motus pietate humanâ, quia ipſum diligebat, dixit: Factum eſt de me ſecundùm voluntatem Dei mei; ampliùs non ibimus ſimul. Mandetis, mandetis pro fratre meo Cancellario. Illo die toto aggrauabatur febri tertianâ duplici, & viſitabatur illâ die à multis, qui ipſum valdè aggrauabant, quia omnibus reſpondebat. Inter quos Conſtantino Chiquoli cum Venetis & amico ſuo fallacias ſeculi agnoſcens, dixit: Amodò & deinceps in hoc mundo non benè ſto: tempus eſt recedendi. Notandum eſt, quòd in infirmitate ſuâ vſque in finem numquàm exiuit de ore ſuo quòd moreretur, ſed ſemper dicebat: Recedam, recedere intendo, recedere debeo.

iubet ſe in introitu chori ſepeliri, vt ab omnibus calcetur:

numquàm dicit ſe moriturum, ſed receſſurum.

119 O quotiens Deo verbum B. Martini dixerat: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem! O quotiens cum multis conſolantibus, à Spiritu ſancto confortatus, & mortem corporalem paruipendens, dicebat:

egregiè ad mortem reſignatus,

dicebat: Eadem est mihi mors & vita. Si enim Deo necessarius sum pro passagio, & laborare debeo, contentus sum viuere; & si non sum necessarius, de morte contentor. Mihi idem est, fiat voluntas Dei mei Iesu Christi. Illo die ter incepit horas suas dicere, & infirmitate inualescente, intellectu claro semper remanente, complere non potuit, dixitque Confessori suo, quòd horas suas pro ipso & coram ipso diceret, quod & fecit. Et cum quodam dolore palàm confessus est, quòd à die professionis suæ in ordine suo B. MARIÆ Dei Genitricis de Monte Carmeli, numquàm horas suas prætermisit, nec pro infirmitate, nec in terrâ, nec in mari, nec pro aliquo imminenti periculo.

conatur horas legere, quas numquàm omiserat:

120 Transacto illo die, sequenti nocte circa horam quintam duas candelas albas benedictas coram eo accendi fecit. Horâ verò sextâ noctis misit Confessorem suum pro *d* Episcopo Laudunensi Vicario in Famagustâ, vt cum omni Clero Ecclesiæ maioris ad eum veniret, & sacrum oleum indutus Pontificalibus secum apportaret. Interim verò omnem familiam suam coram se vocari fecit, & præcepit omnia ostia domus & cameræ aperiri. Illo tunc iussit sibi afferri Pontificale, & quasi infirmitatem nesciens, cum manu propriâ officium vnctionis quæsiuit & inuenit. Fecitque totum officium vnctionis distinctè legere, antequàm Episcopus Vicarius veniret, & fecit se deponi in

d petit extremam vnctionem:

terrâ

terrâ cum ſacco prædicto ſuper caput, in pace expectans Epiſcopum. Cùm autem aduentum Epiſcopi audiret, præcepit omnia luminaria domus accendi, & fecit ſibi afferri aquam benedictam iuxta ſe & crucem. Adueniente autem Epiſcopo cum omni Clero, ſicut præceperat, & in camerâ intrantibus, Epiſcopus genibus flexis Dominum Legatum ſalutauit. Pater meus verò non reſpondit. Incepit quaſi altâ voce totus ſanus dicere: Domine ne in furore tuo arguas me &c. & ſolus aliis reſpondentibus vſque ad medium ſeptem pſalmorum dixit, & intellectu animi clareſcente & vigente, ſed potentiâ humanâ aliqualiter deficiente, fecit ſignum manu ſuâ Domino Epiſcopo, vt ſecum diceret. Quod & fecit. Et ſic cum multis lacrymis & deuotione inauditâ compleuit omnes ſeptem pſalmos cum letaniâ, omnibus gementibus & lamentantibus. Tunc Epiſcopus ſolenniter & completè ipſum inunxit, Domino Legato reſpondente ſibi, & illam tunicam vilem & immundum ſcapulare, quibus indutus erat ad carnem, ne homines viderent, pro poſſe ſuo cooperiebat & abſcondebat. Officio verò vnctionis completo, Pater meus deuotiſſimè dixit Confiteor; & Epiſcopus fecit ſibi abſolutionem.

omnia ipſemet diſponit:

ipſemet 7. pſalmos legit, cum litaniis:

tunicâ vili & ſcapulari ad carnē indutus inungitur:

121 Epiſcopo, Clero, & familiæ, & omnibus tunc humiliter veniam petiit, dicens: Si aliquando vos aggrauaui, vel diſplicui, offi-

petit ab omnibus veniam:

cium mihi commissum exercendo; parcatis, parcatis, parcatis, & omnibus existentibus in Cypro & alibi secundùm quod vobis occurret, nomine meo veniam petatis. Quibus auditis Confessor suus & omnes astantes sanctum Patrem audientes, lacrymis fluentes vnanimiter clamare cœperunt, dicentes: Pater, Pater, da nobis benedictionem tuam. Ipse verò Episcopo & omnibus astantibus in terram genibus flexis sanctam benedictionem dedit, dicens: Benedictio Dei Patris omnipotentis & Filij & Spiritus sancti descendat super vos & maneat semper, & aquâ benedictâ manu propriâ aspersit. Tunc Episcopus cum lacrymis non modicis Patrem meum exhortatus est, vt supra lectum portari se iuberet. Qui respondit altâ voce, & quasi cantando, dicens: Non decet hominem Christianum mori nisi in cinere & cilicio: & hoc bis dixit. Posteà dixit Episcopo: Recedatis, quia consolatus sum & benè sto: leuauitque oculos suos sursum, & signum cum manu fecit, & dixit: O vos alij maledicti, modò non habetis potestatem mecum, quia nunc benè sto cum Creatore meo IESV CHRISTO. Quo dicto recesserunt Episcopus, & omnis Clerus, piè flentes & lamentantes tantum Patrem, & repositus est super lectum.

dat omnibus benedictionem.

a *VVaddingus*, de Solinis, *Lezana*, Arnoldum seu Andream Solme.

Iocale. b *Id est, monile, gemma, & similia pretiosa, quæ ioco & inani*

inani voluptati inseruiunt.

c *Id est*, timore perculit.

d *Erat tum Laudunensis Episcopus Gaufridus le Meingre Boucicault, è Decano Turonensi creatus anno 1363; mortuus Bononiæ anno 1370. Ab hoc diuersus est Gaufridus le Meingre, frater Ioannis Boucicault Marescalci: qui dicti Episcopi, ex fratre itidem Marescalco nepotes, & heredes fuerunt. Extant postremi Boucicault gesta olim conscripta, & à Theodoro Godefroy anno 1620 in lucem data.* Episc. Laudunensis.

CAPVT XX

Pius S. Petri obitus.

122 TVnc præcepit quòd legerentur passiones coram eo, & pluries sanè corrigebat & emendabat legentem Sacerdotem, cum tantâ discretione & maturitate, quòd omnes videntes & audientes velut amentes facti sunt. Tunc familia ab ipso recessit, & ipsum requiescentem dimisit. Ante diem verò illius noctis Pater meus verbum Sapientis commemorans, Non erit merces serui tui vsque ad vesperam apud te; conuocari fecit coram se totam famimiliam, & fecit sibi afferri vnam cassetam, in quâ erant mille floreni minùs quinque vel sex, quam pecuniam propriâ manu diuisit omnibus familiaribus suis, secundùm quod ordinauerat vnicuique in testamento suo, siue in vltimâ voluntate. Et hoc cum tantâ discretione & pietate & maturitate, quòd omnes mirabantur, & iterum

Iubet sibi passiones legi:

Deut. 24. 14.

distribuit suis familiis 1000. florenos:

iterum eos remisit à se,& requieuit semper aggrauando. Mirabantur autem omnes in eo de duobus; primò de tantâ sapientiâ & discretione in homine moriente. Secundò quòd illa anima benedicta in illo corpusculo vacuo humanæ potentiæ tam diu remanebat: non erat illi nisi cutis, nerui, & ossa. Sed quare voluit hoc Deus facere, & tamdiu animam in corpusculo retinere? Certè piè credo, vt propheta suus fidelis inueniretur; prophetauerat enim diem recessus sui ad Dominum: vt etiam speciali misericordiâ Dei meruerim videre,quem tantùm amabam, ante obitum suum gloriosum, sicut antè prophetauerat: & in transitu suo mirabili ego peccator & indignus filius suus ædificarer, & omnes videntes & audientes transitum eius ab hoc mundo.

Medicos dimittit: 123 Die autem Martis,quæ erat dies Epiphaniæ, adueniente, venerunt medici Regij confortantes eum & consolantes,sed non fecit mentionem de eis,quasi dicendo, Medicis temporalibus non indigeo: habeo enim medicum meum mecum spiritualem IESVM CHRISTVM, qui me iam sanauit; ipsum appeto,& cum ipso benè sto. *mori non timet:* Verè relatu omnium mortem temporalem tantùm ipse timebat, sicut ille qui vadit ad conuiuium. Nam inuitatus erat à Christo, sicut citò patebit. Medici verò recesserunt.

124 Tunc venerunt omnes Magnates ciuitatis Famagustæ ad visitandum eum totâ die,

& quasi

& quasi omnibus nominatim respondebat, dicendo cum quadam caritate intimâ: Benè veneritis, benè sto, valdè benè sto; & omnibus singillatim benedictionem suam dabat. Quidam veniebant, & alij recedebant:& tanta admiratio & dolor in ciuitate inter fideles Ecclesiæ Romanæ de recessu tanti Patris erat, quòd lacrymosum esset scribere. Horâ verò vespertinâ Hugnectus magister hospitij sui cameram intrauit, & Pater meus ipsum vocans sedere fecit iuxta se, atque ei dixit: Nonne adhuc venit frater meus Cancellarius? Hugnectus respondit: Domine mi statim veniet. Nuntius enim venit, qui dixit, quòd statim erit apud nos. Tunc dixit Pater meus cum dolore, & quasi lamentando de me miserrimo & infelice peccatore, qui negligentiâ meâ nimis expectaui (parcat mihi Deus, & ipse Pater meus) dicendo: Ego diu expectaui ipsum. Et propheticè dixit: Adhuc expectabo eum per duas horas. Tantùm enim in Deum meum me indignum diligebat, sicut animam suam. Et sicut piè æstimo à Deo impetrauerat, se non recessurum nisi priùs me vidisset, & voluntatem suam reuelasset. Quibus peractis venit magnificus Dominus Iacobus de Rubeis eius dilectus, stetitque coram eo. Pater verò meus ipsum Dominum Iacobum tristem caussâ sui respiciens, dixit sibi: O fili benè sto, ne doleas. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Ego verò sum vocatus,

singulis se visitantibus nominatim respondet:

predicit quamdiu expectaturus sit aduentum Cancellarij:

tus, & de electis: Christus vocat me, ego vado ad Christum. Ne doleas fili mi, ne doleas, deditque sibi suam benedictionem & recessit.

125 Tunc interrogauit Pater meus Domino Gaufredo Capellano suo, qui tenebat crucem coram eo: Dicas, nonne adhuc venit frater meus Cancellarius? Capellanus verò respondit: Pater statim veniet. Dixit Legatus: Modò dimittas me aliquantulùm requiescere, quia non expectabo aliud nisi ipsum Cancellarium. Dixit ei Capellanus: Pater placebit vobis, quòd legantur coram vobis Passiones? Respondit: Adhuc non est hora. Quibus transactis baiulus Regis cum multitudine Magnatum cameram intrauit, & dulciter Dominum Legatum confortans & consolans, vt aliquid acciperet eum admonuit. Pater verò meus de directo non respondit, manum ad crucem ponens respondit: Ego verò accipio de isto fructu vitæ, qui regit & sustinet me, in quo confido: ipsum volo, & nolo aliud. Tunc traxit crucem inter brachia sua, amplexando ante faciem suam meliori modo quo poterat. Et non poterat ipsam crucem regere sine adiutorio. Aggrauatus autem ampliùs non loquebatur.

Crucem piè amplexatur.

126 Erat tunc quasi media hora ante solis occasum. Et illâ horâ, iubente Deo & mihi gratiam concedente, de Nicossis veniens Famagustam intraui, ad hospitium Patris mei non sine dolore veni. Familia autem Patris moi

mei mihi dicebat: Festinate, festinate, Pater meus in extremis laborat: vos expectat, loquelam perdidit, mori non potest. Ego autem festinanter cameram intraui, & veni coram eo. Cui dixit Capellanus: Pater, ecce Cancellarius. Ipse verò in extremis laborans, & iam manibus, brachiis, & tibiis mortificatis, me respiciens statim manum suam dextram de lecto extraxit, & manum meam accipiens, mihi sanè & diu locutus est non pauca verba, imò omnem ordinationem sub breui compendio mihi declarauit, quasi non esset infirmus. Ego verò dubitans ne tantùm mecum loqui sibi noceret; dixique ei sicut sciui: Pater mi, modò est tempus, vt contemplemini illam excellentem diuinitatem, quam tantùm in vitâ vestrâ prædicastis. Ipse verò respondit mihi: Frater, ita facio. Eatis, eatis, expediatis negotia mea, & familiam meam, & non reuertaris ampliùs ad me. Hoc dicebat propter dolorem, quem sciebat me habére de labore suo & transitu. Mira res à Deo, & magnam clementiam mihi ostendit peccatori Deus, quomodò Pater meus, qui ab omnibus quasi mortuus reputabatur, membra sua frigida, & non loquens, dum me indignum respexit, vires à Deo resumpsit, manum siccam & aridam mihi porrexit, & cor eius mihi aperuit. Quid de eo ampliùs dicam, nisi quòd Deo meo inde gratias referam, & Spiritus sancti gratiâ ædificabor in caritate suâ, transitu

redeunti à Rege Cancellario

dat manũ, & varia dicit:

N suo

ſuo & vitâ? Et meritò: plantabitur enim in corde meo & memoriâ meâ. Tunc receſſi ab eo iuxta præceptum ſuum, & vocaui familiam & Notarium, vidíque in ſcriptis in ſubſtantiâ omnia, quæ mihi dixerat, glorioſè ordinata.

127 Et ſubitò ad Patrem meum reuerſus ſum, vt ipſum conſolarer; dixíque: Pater, ordinationem veſtram completè factam vidi, ipſumque ſpiritualiter conſolatus ſum ſicuti ſciui. Quia ipſe iam quaſi totus frigidus, & in proximo receſſurus, continuè in extremis laborans, ad admonitionem meam ſpiritualem quietè reſpondit: Benè, benè. Et heu ampliùs non locutus eſt, nec mihi, nec alteri. Stetitque ſic intrinſecus laborans corpuſculo ſuo non mouente, nec aliquod ſignum mortis niſi pium oſtendente vſque quaſi ad ſecundam horam noctis. Et camerâ hominum & mulierum vlulantium & lamentantium repletâ, me coram eo aſtante tradidit ſpiritum ad Deum qui fecit illum, anno natiuitatis eiuſdem Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto menſis Ianuarij die ſextâ. Viuit enim Deus & anima eius, quòd non fuit homo vel mulier ipſum intuens, qui percipere potuit aliquo ſigno, quando anima beata exiuit à corpore: imò multi adſtantium, ipſum intuentes poſt magnum ſpatium animæ eius receſſus, credebant ipſum adhuc viuentem, nec oculos eius claudere præſumebant. Quidam dixerunt: Receſſit; quidam

moritur placidiſſimè & imperceptibiliter.

dam verò : Non. Et tamen veraciter iam anima diu antè recesserat. Cùm autem cognouissemus transitum eius gloriosum, omnes adstantes ad lacrymas refugium habuerunt. Et factus est clamor tantus & vlulatus in camerâ de recessu Patris mei, & pia lamentatio; quòd durum & lapideum cor habuisset, qui nos vidisset, & compassionem non habuisset. Finitis verò lacrymis, quæ finem non habebunt, & corpusculo Patris mei habitu suæ religionis, videlicet cappam albam, induto, sicut præceperat, chirothecis Pontificalibus in manibus, & sandaliis in pedibus, facie discoopertâ, & mitrâ sub pedibus eius positâ, ad ecclesiam cum multis lacrymis & lamentationibus deportatus est, quasi simplex Frater iuxta ordinationem suam humillimam.

ingenti omnium comploratione.

CAPVT XXI

Miracula post mortem S. Petri patrata. Sepultura.

128 Corpusculo autem beati Legati in medio chori collocato, ad secreta lacrymarum pastore percusso secessimus. Nobis verò recedentibus, quamplurimæ deuotæ mulieres vt vigilarent circa Patrem meum remanserunt. Sed Dominus Iesus, cuius fidem inte-

meratam, ac crucis sanctæ claritatem ipse verus Pontifex & Legatus prædicauerat, non multùm tardauit ipsius beati Patriarchæ claritatem, vitæ & corporis puritatem, mundo patefacere, vt sicut totâ vitâ suâ quoddam lumen in Ecclesiâ Dei extiterat, ita post mortem à lumine cælesti miracula inciperet, ac eius sanctitatem ostenderet. Circa namque quartam vigiliam noctis illius, præ tristitiâ & dolore mulieribus circa seruum Dei dormientibus, illarum quædam monialis, imò sanctimonialis eius deuotissima, prostrata in oratione à casu faciem suam versùs Patrem leuando direxit. Et subitò quemdam radium splendidum & luminosum à summitate ecclesiæ vsque ad corpus beati Patris mei firmiter stare conspexit. Quæ non modicùm admirans, lumine percussa & in stuporem versa, alias mulieres excitauit, & visionem narrando, claritas illa cælica disparuit subitò. Mulieribus verò in vnum accedentibus ad Patrem meum, clarum & inauditum signum prælibati luminis inuenerunt. Et propè respicientes faciem sancti Patris, ac totum corpus suum madidatum & recentem, quasi hominem de balneis venientem, non sine admiratione viderunt. Accipientes autem mulieres prudentes bombacem in quantitate bonâ, cum quo faciem eius & *a* corpus totum deterserunt. Cum quo certè bombace posteà, meritis & interuentionibus eiusdem Legati, multa miracula

Conspicitur supra corpus eius splendor quidam cælestis:

corpus eius madidum, quasi recens à balneo:

a eo humore multa facta miracula.

la quampluribus vtriusque sexus Deus mirabiliter ostendit.

129 Et quia de nocte transitus eius ex hoc mundo ad Patrem fuerat, per ciuitatem Famagustam pius eius recessus communiter ignorabatur. Mirabilia quippe Dei narrabo. Nam facto manè campanis pulsantibus, quasi singuli Angeli Dei singulis domibus ciuitatis mortem Legati diuinitus nuntiassent, subitò & in continenti tota ciuitas commota est à minimo vsque ad maiorem, & omni onere & tarditate postpositis per turmas, alij alio non expectato, ad ecclesiam Carmelitarum currentes peruenerunt. Et repleta est ecclesia vtriusque sexus hominum tam Catholicorum, quàm schismaticorum, quàm infidelium. Corpus Legati tamquàm sanctum vnanimiter & deuotissimè colendo venerati sunt. O mirabilis res! Nam nationes schismaticæ Christianorum, scilicet Græci, Armeni, Georgiani, Iacobitæ, Copti, Maroni, & alij diuisi ab Ecclesiâ Catholicâ, maximè Græci & Calogeri, eorum qui viuente Legato sanguinem eius in sacrificium oblationis libenter bibissent, quia errores eorum claris demonstrationibus confundebat, ipsósque ad gremium sanctæ Romanæ Ecclesiæ debere venire monuerat; nunc omnium iniuriarum obliti, sed & quasi ab erroribus suis conuersi, aut eius Legati filij deuotissimi, capitibus discoopertis contra consuetudinem ipsorum, cum

Tota ciuitas ad eius corpus confluit,

etiam schismatici venerabundi adeunt.

profundâ reuerentiâ, altero non expectato, pedes & manus Legati sancti deosculantur. Et beatus ille qui aliquam particulam minimam vestimentorum suorum pro reliquiis habere poterat. Nec mirum. Quia ipso viuente propter asperam pœnitentiam, & viles panniculos quos ad carnem quotidie portabat me teste, corpus eius fœtorem reddebat: sed ipso mortuo, clarâ facie & clariori sine comparatione quàm viuente, nullus malus odor, imò potiùs bonus exibat: & quod plus mirabile & rarò auditum, membra & articuli, supra naturam & morem hominis defuncti & mortui, ductibilia & tractabilia palpantibus se præbebant, nullâ penitùs rigiditate apparente, sicut quando viuebat.

Clara facies apparet à morte, & suauem odorem expirat.

130 Adueniente autem Reuerendissimo Domino Patre Raymundo Archiepiscopo Nicosensium cum aliis Prælatis, officium solennissimum mortuorum, prout decebat, celebrabatur. Tantus verò concursus hominum ac mulierum in ecclesiâ aduenerat, ac tanta pressura, quòd vix officium diuinum compleri potuit. Et beatus ille vel illa, qui ad osculandum sanctum corpus peruenire poterat. Ac etiam illi Catholici non pauci & potentes, qui malè informati Legatum in vitâ peccatorem reputabant, eique detrahebant, sanctum corpus venerantur, publicè detractionis suum peccatum confitentes.

Exequiæ celebrantur.

131 Aliud

131 Aliud quoque ſignum eius ſanctitatis non tacendum adueniat. Nam prædicando pro funere, prout moris eſt, per Dominum Archiepiſcopum Nicoſienſem Fratri Ioanni *b* Carmerſſoni, Magiſtro ſolenniſſimo in ſacrâ paginâ, Miniſtro Fratrum Minorum Terrę-ſanctæ, de regno Aragoniæ, in ſerò officium prælibatum præcedente commiſſum fuit. Qui Miniſter quamuis modicum tempus haberet, veriſimiliter meritis Legati, à Spiritu ſancto plenè edoctus, mirabilem ſermonem fecit in ſtuporem omnium audientium, ſanctitatem ipſius Patriarchæ ac Legati Apoſtolici multis ac veriſſimis argumentis & demonſtrationibus clariſſimis monſtrando, contra morem Eccleſiæ victus in ſermone, ipſum Sanctum continuè nominando. Nemo enim in Eccleſiâ Romanâ & Catholicâ Sanctus prædicatur, niſi ab ipsâ Eccleſiâ canonizatus ſit. Sanctus autem aliquis piè reputari poteſt ante canonizationem, ſed non prædicari. Officio verò completo, in præſentiâ Archiepiſcopi ac omnium adſtantium dictus Magiſter Ioannes Miniſter examinando interrogatus fuit me præſente, quare Dominum Legatum in ſermone ſuo ita publicè Sanctum nominauerat? cùm ſacramento, reuerentiâ, ac deuotione reſpondit, quòd coactus hoc fecerat, & prout credebat à Spiritu ſancto, ac meritis eiuſdem Legati abſtinere ſe non poterat, quin ipſum Sanctum nominaret. Et veraciter

b *Minorita in oratione funebri* Sanctum *appellat,* *ad id interius coactus:*

ter confitebatur, quòd in ſtudio ſermonis propoſuerat ipſum Sanctum non appellare. Nunc autem piè credebat ipſum ſanctum eſſe. Et ſic mirabilis Deus in Sanctis ſuis, viuificæ Crucis ac fidei prædicatoris ſui ſanctitatem multis argumentis Eccleſiæ Orientali oſtendere voluit, vt exemplo tanti luminis Catholici in Domino exultarent, ſchiſmatici ad matrem propriam reuerterentur, infideles ad fidem inuitarentur.

132 Remanſit autem Pater meus amantiſſimus in eccleſiâ per ſex dies inhumatus exiſtens, omnibus membris eius, vt ſuprà, ductilibus, & factus eſt continuus diſcurſus de nocte & die ipſum venerantium, ſicut Sanctum. Et ex tunc cœpit coruſcare miraculis. Cupiebant autem omnes habere de ſuis reliquiis,& vbi non poterant habere, per corpus & membra eius circumducebant bombacem & deuotione maximâ ſeruabant.Qui poſteà de diuerſis infirmitatibus pluribus contulit ſanitatem, mirificante Deo Sanctum ſuum,qui eius beneficia poſtulabant, quibus effectum præbuit ſalutarem, & exaudiuit clamantes ad ſe.

manet 6. diebus inſepultus.

a *MS. noſtrum,* pectus.
b *VVaddingus,* Lamerſon.

CAPVT

CAPVT XXII

Epilogus scriptoris. Encomia B. Petri.

133 SEd, ô cariſſimi, ſi Ieremias, cuius omnes cantores & cantatrices vſque in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël; nonne ego velut alter Ieremias replicare debeo ſuper receſſum amantiſſimi Patris mei? Orphanus & orbatus ſum, ſine patre remaneo: & planctus & lacrymæ reuertentur in ſinu meo. Audite ergo vniuerſi Catholici, & videte dolorem meum, & damnum Eccleſiæ. Verè lucerna Orientalium Chriſtianorum extincta eſt, & in cordibus quamplurimorum in fide laborantium tenebræ factæ ſunt. Deleat Deus impietatem, & conſoletur terram ſanctam Ieruſalem. Si enim petatur, Quis eſt iſte qui euanuit à nobis, de quo tanta ſcribo? non dico tanta, ſed potiùs pauca. Reſpondeo, quòd magnus & laudabilis Præſul & maximus Patriarcha à nobis receſſit. Nonne hic erat Pater omnium Chriſtianorum Orientalium, qui in infinito numero generauit ſibi filios in Euangelio Dei & miniſterio ſanctæ Crucis? Sed quid plus? Certè magnus Dei Propheta erat. O quotiens & quotiens auribus meis ipſum prophetare audi- uij

2. Paral. 35. 25.

S. Petrus appellatur Patriarcha.

Propheta,

ui: & vera euenisse quæ dicebat! Nonne, vt superiùs patet, diem & horam obitus sui prophetauit? Nonne in vltimis laboribus suis clarè prophetauit, me expectaturum, & non ab hoc mundo recessurum per duas horas; quod & factum est? Sed quid plus? Verè Apostolus Dei, id est, missus. Nonne hic missus erat à Deo per summum Pontificem euangelizare
Apostolus, sanctum passagium, & fidem Catholicam plantare, euellere, ligare, dissoluere velut Apostoli? Quod & piè Deo operante fecit, vt su-
a periùs clarè patet. Sed quid plus? *a* Martyr Dei, si fas est dicere. Quoties proprium corpus martyrio exposuit, superiùs clarè ostenditur. In conflictu igitur & captione ciuitatis A-
Martyr, lexandriæ vulneratus inimicorum telis obiit. Martyr igitur & voluntate & facto fuit. Sed quid plus? Confessor fuit. Nonne hic per duodecim annos Nuntius & Legatus Apostolicus
Confessor, nobilissimus, velut alter Paulus coram Regibus & Principibus, hæreticis, schismaticis populis & infidelibus nomen Domini nostri Iesu Christi strenuè confessus est vsque in finem vitæ
Doctor, suæ? Doctor etiam fuit sacræ paginæ, errores extirpans, & dubia clarè soluens, prædicator Crucis & veritatis inauditus & mirabilis.

134 Dolorem meum quis enarrabit? Quomodò calamo amaritudinem meam explicare queam? Sustinete hîc Orientales Christiani, panem lacrymarum comedite, & poculum ve-

ſtrum cum fletu miſcere. Quid dicam? Cui conquerar? Vnde in hoc veniet mihi auxilium, vt conſoler? Doleo, & doleo quòd tantum incurrit damnum Eccleſia eo abeunte. O Deus vtinam eum redderes, & tuum regnum ſtabiliret, & defenderet Eccleſiam. Quid deinceps facient filij Orientalis Eccleſiæ, eſurientes & circumeuntes famelici ciuitatem, vt canes, non habentes qui eis panem vitæ frangat, & velut oues errantes ſine paſtore, & diſcipuli ſine doctore, cæci ſine ductore? Heu Pater pie, Patriarcha, & Legate, baculus meæ ſuſtentationis, vbi es? Quid faciet filius ſine te, dulcis Pater, meus amator? vbi cubas? indica mihi. Cur terræ nunc es ſocius; qui in te nullum voluiſti terrenum? Famaguſta, Ieruſalem, ciuitas regia, quæ non minorem de Principibus Eccleſiæ detines, quid feciſti? Redde mihi Patrem meum Famaguſta, famam Patris mei, virtutum geſta. Sed quæ mortalium lingua explicare poſſet, quanta vtilitas Eccleſiæ & ſancto paſſagio erat vita ſua, quantaque hæreticorum deſtructio & deſperatio? Hic certè omnibus Chriſticolis Orientalibus amabilis & dilectus erat in vitâ ſuâ, & ideò eius receſſum ſingulis flere licet.

Luget Cancellarius ob eius mortem.

135 Ne igitur verba mea nimis protrahantur, ceſſet omnis dolor, abeat triſtitia, quibus tamen attingere non poſſumus, quæ vellemus: quæ non ſolùm nullum adhibent remedium,

gaudet ob æternam ei collatam gloriam.

dium, ſed augent. Si enim Patrem noſtrum diligimus, eius lætitiâ gaudeamus. Non enim diligit, qui ſuâ tantùm vtilitate diligit. Idcircò etſi pro eâ, quæ nobis euenit inutilitas, dolemus, & pro eis quæ recepit gaudia, ſicut piè credo, collætemur. Adſit ergo nobis hodie cauſſa magnæ lætitiæ. Cantemus Domino canticum nouum. ſonorum iubilet vocibus mater Eccleſia. Hodie, ſicut credo piè, obtinuit pius Patriarcha & Legatus, quod tanto æſtuabat deſiderio. Hodie deuictis hoſtibus & latrunculis, obtinuit triumphum. Iam non eſuriet neque ſitiet ampliùs, neque cadet ſuper eum ſol, neque vllus æſtus: ablata eſt ab oculis eius lacryma: & mercedem, pro quâ toto vitæ ſuæ tempore laborauit, obtinet. Conſolemur ergo, demus magnificentiam Deo noſtro, quoniam Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Digni enim non eramus frui Patre tanto diutius, quia peccata noſtra inter ipſum & nos diuiſerunt. Confiteamur Domino & collaudemus Deum Saluatorem noſtrum, qui non dereliquit ſanctum Patriarcham in tribulationibus, quæ in agone huius vitæ miſerrimæ circumdederunt illum. Sed Deus adiutor ſuus factus, liberauit corpus ſuum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantibus iniquitatem, & eum ſublimiter collocauit in viam pacis & patriæ, vbi omne gaudium, omnis ſuauitas, omne quod deſiderari poteſt: vbi

vbi felix & gloriosa est refectio animarum post labores & ærumnas: vbi caritas omnium supernorum ciuium. Nemo enim ibi de suo defraudatur desiderio, & mors procul ibi distat. Quis autem Angelorum vel hominum, quanta sit .... gaudiorum & gloriæ quæ ibi sunt, esset sufficiens enarrare? Quis esset intellectus ad intelligendum idoneus, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Certè si hæc quanta sint gaudia considerentur, terrenis meliora, omnia stercore apparebunt viliora. Omnis mundi lætitia fallax & vana pòst amarissimum & grauis sarcina. Hanc quippe sarcinam deponens sanctissimus Patriarcha, optimam illam partem elegit, quæ ab eo nullo tempore auferetur.

136 Igitur Catholici Orientales, & specialiter Cyprienses, gaudete & exultate, & psallite, quia Pater noster Legatus iam brauium obtinet, pro quo in agone huius seculi ab omnibus ferè illicitis abstinendo cucurrit. Iam denarium recepit, pro quo tanto labore in vineâ sanctæ Ecclesiæ laborauit. Iam talentum Domino reddidit duplicatum, pro cuius mercede, gaudium Domini meruit introire. Propter hæc gaudens gaudebo, & cantabo dilecto Patri meo canticum nouum, vt sit laus eius in Ecclesiâ Sanctorum. Ecce cypressus, in Cypro plantatus, in cæli altitudine se *b* ostendit; ad insulas & partes Occidentales longè diuulgetur *inuitat alios ad congaudendū.*

nomen

nomen suum, vt sit in æternum memoria eius in benedictione. Erubescant fallaces hæretici, detractores & inimici sancti passagij. Certè non est mortuus, vt æstimant sui hostes, sed verè victor regnat in terrâ viuentium. Hodie vndique facta sit in populo Christiano lætitia. Exultet præcipuè sancta mater Ecclesia, cuius hodie gloriosus filius & cultor & propugnator de agro fidei Catholicæ, & doctrinis sanctissimis & præfulgidis signis & prodigiis, vt sol, relucet inter agmina Beatorum. Vale igitur amantissime mi Pater, nostri semper faciens apud Deum memoriam, vt tuâ valeamus piissimâ interuentione, & in præsenti ab omnibus protegi nociuis, & in futuro gaudia, quæ iam tu possides, adipisci. Amen.

a *Hæc verba de vero martyrio à nonnullis intellecta suprà § 5 explicauimus.*
b *MS. aliud,* extendit.



AD

AD VITAM S. PETRI THOMASII

Analecta ex variis auctoribus.

CAPVT I

Appendix in MSS. Vitæ subiuncta.

1 FRater quidam Ordinis Minorum, *a* Ioannes nomine, de Fauanciâ, Gardianus Conuentus Paphi, dum adhuc corpus beati Patris nostri inhumatum staret, tentus subitò graui dolore squinanciæ multùm grauatus in gutture, & inde non valens quiescere, confidens de meritis Patris nostri venit ad corpus, & manum dexteram beati viri ad guttur suum applicuit, & sanitatem per Dei gratiam statim adquisiuit.

a Quidam eius meritis anginâ liberatur:

2. Frater *b* Stephanus, Prouincialis Terræ sanctæ Ordinis beatæ Dei Genitricis MARIÆ de Carmelo, scabiem radicatam habens & antiquam in membris secretis, veniens ad locum sepulchri Patris nostri, manum suam posuit super terram, vbi tanti viri corpus humatum erat:

b alius à scabie inueteratâ mundatur.

erat deinde locum infirmitatis tangens, sanatus est. Multa & magna quæ non sunt hîc contenta, fecit Deus & ostendit hominibus diuersa beneficia per merita beati Patris nostri. Vnde sit benedictus trinus Deus & vnus, Amen.

c d *Theologica studia Bononiæ instituta.*

3 Iste *c* B. Petrus *d* Vniuersitatem Bononiensem, cum aliis ibidem registratis fundauit primitus in Facultate suâ, scilicet in sacrâ paginâ siue Theologiâ.

sub D. Virginis patrocinio Ordo Carmelitarum.

4 Auenione dum quadam nocte post matutina vigilaret, & Virginem MARIAM attentè exoraret, vt Ordinem suum eiusdem titulo insignitum stabiliret personis idoneis, foueret, & ne extirpare permitteret: quia quidam Religiosi hoc procurare apud summum Pontificem conabantur. Cui Virgo MARIA Dei Genitrix apparuit, consolans & prædicens ne de hoc timeret: quia statutum est apud Deum, quòd ordo suus manebit vsque in finem seculi. Nam & Helias primus Pater Carmelitarum, cùm esset in monte Thabor cum filio meo Iesu Christo, petiit quòd ordo suus, quem in monte Carmeli inchoauit, permaneret vsque aduentum suum contra Antichristum: quod & eidem promissum est. Hæc dicens Virgo MARIA, continuò disparuit. Audiuit hoc *e* Frater Ordinis seruitor suus, summo manè venit ad eum, prouolutus ad genua, petens sibi reuelari quæ audierat. Qui dixit ei omnia, petens vt nemini diceret quamdiu viueret. Et S.

Petrus

Petrus regratians Deo & Virgini MARIÆ Missam de eâ celebrauit, & secundâ die de Transfiguratione Domini, eò quòd ordinis sui memoria tunc facta fuisset *f*. *f*

5 Hic propter maximam suam sanctitatem per Dominum Papam Innocentium VI primò assumptus fuit in Episcopum Pactensem in regno Siciliæ circa annum Domini *g* millesimum trecentesimum quadragesimum octauum: posteà in Coronensem Episcopum; deinde verò in Archiepiscopum Cretensem; demum in Constantinopolitanum Patriarcham; posteà autem & vltimò in Legatum Apostolicum pro passagio Terræ sanctæ. *varij S. Petri Episcopatus.* *g*

a *Aliis* Ioannes de Fauentiâ, *aut* Fauentinus, *de eo egimus num 5 Commentarij præuij.*

b *Stephanus Corteph dicitur Lezana ad an.* 1369, *quo scilicet & anno* 1372 *asserit floruisse.*

c *Abstinuit vbique tali titulo Mazzerius.*

d *De studiis Theologicis Bononiæ fundatis egimus* § 4 *Commentarij præuij*

e *Ioannes Hildeshemius, cuius verba mox damus.*

f *Hic finit MS. Mechliniense.*

g *Imò Innocentius tantùm est Pontifex factus* 18 *Decemb. anni* 1352, *cuius anno* 2, *Christi* 1354, *est S. Petrus* 18 *Nouemb. Episcopus creatus.*

CAPVT II

Elogium ex Ioanne Hildeshemio, de Principio Ordinis Carmelitani cap. 5.

6 TEmpore felicis recordationis Domini Clementis Papæ sexti fui studens in Auinione, seruiuique pro tunc recolendæ memoriæ Magistro Petro Thomæ, tunc scholas regenti, viro magnæ scientiæ, magnæ famæ, magnæque opinionis quoad sanctitatem vitæ: cúmque more solito coram ipso dormirem in sanctâ nocte Pentecostes, vocibus dulcibus & miris motibus expergefactus, repentè surrexi, de quo & ipse similiter euigilauit. Petij pro tunc ab eo quid habuisset: ipse verò noluit indicare mihi. Multiplicaui preces flexis genibus: & tandem vix obtinui, præmisso tamen iuramento, quòd non reuelarem, quamdiu foret ipse superstes. Et tunc dixit: In tristitiâ mentis & feruentibus desideriis obdormiui, desiderans à Beatâ Virgine Religionis meæ patrocinium & conseruationem. Ipsa mihi respondit: Petre, ne timeas, quia durabit in finem Carmeli Religio nostra, nam & pro eâ supplicauit etiam filio meo primus Ordinis Patronus Elias in Transfiguratione, & impetrauit. Retulit ista mihi lacrymantibus oculis ipsius præ gaudio,

A Deiparâ apparente addicitur conseruatio Ordinis.

gaudio, ex quo & ego ad consimilem fletum prouocabar. . . . . . Factus posteà Patriarcha Constantinopolitanus; multùm viriliter, fideliterque & deuotè missus Legatus à summo Pontifice, iuuit Regem Cypri in expugnatione Alexandriæ, & ibidem Paganorum telis *a* vulneratus, & ad Cyprum reductus interiit, clarus miraculis Martyr gloriosus. *b* a b

a *Hæc suprà § 5 Commentarij prauij examinata sunt, & verbis etiam S. Thomasij ostensum, nullum illi inflictum vulnus fuisse.*

b *Eadem & eisdem verbis referuntur apud Balduinum Leersium in Collectaneo exemplorum. De vtroque & Hildeshemio & Leersio egimus suprà § 1.*

CAPVT III

Elogium ex a *Ioanne Grosso, lib.* 1 b *Viridarij Carmelitarum.* a b

7 VIgesimus primus fuit S. Petrus Thomas, natione Aquitanicus, Doctor in sacrâ Paginâ Vniuersitatis Parisiensis. Hic Sanctus propter suam maximam sanctitatem per Dominum Papam Innocentium sextum primò assumptus fuit in Episcopum Pactensem in regno Siciliæ, & posteà in Episcopum Coronensem, deinde *c* in Archiepiscopum Cretensem, demum in Constantinopolitanensem c

Patriarcham. Posteà autem, & vltimò in Legatum Apostolicum pro passagio Terræ-sanctæ. Iste Sanctus, vt habetur in libro, seu Registro Doctorum Vniuersitatis Bononiensis, in sacrâ paginâ primitùs ipsam. Vniuersitatem in prædicta facultate fundauit, vnà cum aliis in prædicto registro nominatis. In ciuitate Bononiæ multa fecit miracula: & in captiuitate ciuitatis Alexandriæ, vbi fuit Legatus Domini Papæ, habens in suo comitatu multos Nobiles de diuersis mundi partibus & regionibus, inter quos fuerunt duo nobiles Domini de regno Angliæ. Dominus videlicet Greij Baro, & Dominus Milon de Stapulton Miles. Isti gloriosam eius Vitam, sub inquisitione veridicâ tam secularium quàm Religiosorum descriptam, ad partes Angliæ deportauerunt. In regnò Cypri in Conuentu Famagustæ VI die mensis Ianuarij ab hac luce migrauit, vbi eius corpus multis clarens miraculis requiescit.

Fundata Vniuersitas Bononiensis.

Vita S. Petri lata in Angliam.

a *Vixit Grossus, forsan cum S. Thomasio Ordinis Carmelitici alumnus, factus Generalis anno* 1389.

b *Habemus illud Viridarium penes nos ex codice Francofurtensi descriptum.*

c *Per Vrbanum quintum Papam.*

CAPVT

CAPVT IV

Elogium ex a *Arnoldo Bostio, cap.* 12 b *Patronatus Beatissimæ Virginis* MARIÆ *de Monte Carmeli, hoc titulo.* a b

Quòd splendidissima pulcherrimaque cæli Regina, Carmeli Patrona MARIA, delitioso amatori suo B. PETRO THOMASIO Carmelitæ, velut affectuosissima mater filio quam sæpius singulariter apparuit: quem in virum præclarissimum singulari adoptione enutriuit.

8 BEatus PETRVS THOMASIVS Carmelitanæ Regulæ districtissimus obseruator, Pactensis Antistes, & Patriarcha Constantinopolitanus, totius quoque Ecclesiæ (cuius gloriosus filius, cultor frugifer, & propugnator strenuissimus extitit) fortis, ac splendidissima columna, à teneris vnguiculis super-amabilissimam Virginem MARIAM indicibili amore complexus est: factaque est ex feruenti dilectione, continuoque & fideli cultu, inter

B. Petrus ob filialem in Deiparã affectum ab eâ instar matris fouetur.

cum & illam imperialis auctoritatis Reginam tanta familiaritas, tanta de eius pietate fiducia, quanta inter filium & matrem affectuosissimè dilectam vllatenus esse posset. Hinc in omni necessitate ad suæ protectionis vmbraculum, velut ad familiare, tutissimum,& semper æquè paratum refugium, sicut ad sinum matris paruulus recurrere solet, fiducialissimè confugit. Ipsaque reciprocè reserato ei æternæ retributionis deposito, tam piè, tam amorosè, tamque familiariter semper eum audiuit, adiuuit, virtutum plantamina multiplicauit in eo, mirisque splendoribus intelligentiæ repleuit animam eius, abundè lactis ei fontes inexhaustos aperuit, & in virum præclarum Filio suo Domino IESV, cunctisque bonis acceptissimum enutriuit largissimè & affluentissimè, affectuosissimeque bona sibi credita (quæ sola verè bona sunt) ei administrauit, quasi eum solum genuisset, actus omnes feruidi zelatoris sui, ad finem vsque salubriter sublimiterque disponens.

9 Et vt pauca de multis particulariùs enodemus; dum hic orthodoxæ Virginis alumnus, Patronæ pastus vbere, lacte, sinu, futurus vas electionis, vas honoris & gratiæ, nomen omnipotentis Dei coram Regibus & Principibus terræ portaturus, in conuentu Agennensi liberalium artium vacaret studio, Logicam legeret, Philosophiâ auditâ, vt Dauidicam turrim aliquando ab hostili defenderet incursu, & ense Philoso-

Philoſophico Goliam proſternere confode-reque valeret;quo fideles ipſe terrere olim conſueuerat,& non modico ad ſacras literas flagraret deſiderio; tantâ neceſſariarum rerum penuriâ preſſus eſt, vt vix oleum, candelas, victum quoque, & amictum vel tenuiter haberet. Cùm vice quadam dormitorium poſt Matutinas perambulans, timeret, quod vrgente paupertate ſtudium ſuum, Deo dicatiſſimum, continuare non poſſet, ad ſingularem fiduciam ſuam,amantiſſimam Dei Genitricem,feruenti deſiderio puras virgineaſque leuauit manus; corde quoque ſupplici ſibi petiit ab eâ ſubueniri. Dulciſſima mater, & ſupra modum amabilis, lacte & melle manans, Virgo MARIA, ſui PETRI cernens anguſtias, non potuit ſe continere: commota ſunt quippe viſcera eius ſuper fratre ſuo. Confeſtim cæli aperiuntur,& noui ac inæſtimabilis gaudij ſpectaculum cælitus offertur MARIÆ Filio prædilecto: è cæleſti Ieruſalem aduenit in fulgore & reuerentiâ maieſtatis Regina præſublimis, Fratrem amantiſſimum efficaciter conſolatura.

& promiſſo leuanda paupertatis ſtudio,

ab eâ apparente recreatur:

Fudit ab ore iubar ſpecies redimita decorè,
Protulit & radios forma venuſta ſuos.
Clara ſerenatos mutauit forma colores,
Lilia nunc reparans,nunc reuerẽda roſas:

& per Cappam eum familiariter ducens: Ne verearis, inquit, electe Fili mi: conſtans eſto, dilecte votorum meorum: litterarum ſtudiis

incumbas ardenter, vt cœpisti: ego te numquàm deseram, est mihi cura tui, sit tibi cura mei. Peto abs te pro nostrâ coniunctissimâ necessitudine pluribusque mutuis officiis, seruias deuotè Filio meo, mihi quoque suæ ac tuæ communi Matri. Ex cuius præsentiæ sacrâ benedictione tanta diuini nectaris suauitas relinquitur, tantus cælestis fragrantiæ vapor respergitur, quantum non spirat odor thuris & aromatum, odor balsami, & vniuersi pulueris pigmentarij: quo refecta felix & sancta illa anima, quo recreatum corpus illud pudicissimum, longâ inediæ maceratione extenuatum, psalmum Deo, Hymnum MARIÆ dixit, ac vota gratiarum deuotè persoluit. Quantâ lætitiâ, quanto gaudio, quàm inexpressibili iubilo, qui nec plenè valet exprimi nec taceri, imò diuinâ quadam inebriatione perfusus sit ex tam imperialis Dominæ humillimâ visitatione, ex tam ineffabiliter veracis confortatiuâ sponsione, fari posset nemo. Omnis melancholicæ complexionis nebulosa congeries, & nox caliginosa tristitiæ illuminatur, sicut meridies: gaudet anima, serenatur conscientia, incipit voluntas præ gaudio festiuare, ratio solennizare: plaudunt ossa, & confitentur Dominæ MARIÆ, quoniam optima, quoniam in sæculum superabundans misericordia eius. Adueniente autem die Visitatrici Confortatricique suæ non ingratus reperiri cupiens, de eâ Missam egregio

Accipit dein largam eleemosynã:

gio

gio more suo, deuotione quâ potuit, celebrauit, grates referens præcordiales immensæ suæ dignationi. Quâ finitâ, miles quidam magni nominis à Virgine MARIA directus, ab eo in confessione audiri postulat, & XVI aureos non parui ponderis, vt necessitati suæ succurratur, deuotè donauit.

10 Profecit itaque, gloriosæ superamandæque Virginis semper fauoratus subsidiis, in virum præclarissimum (qui tantò celeriùs liberalium flucnta artium, diuinæque sapientiæ puteos epotauit, quantò ardenter in amore Dei totum se olim transfudit) & in prædicatorem incomparabilem euasit. Qui ita vixit, vt ne curiosis quidem oculis daretur occasio distrahendi: cuius & verba opera virtutum præclariora præibant, & sequebantur: cui tempore suo in Ecclesiâ Dei similis non fuit alter. In sermonibus autem suis magnus & efficax adhortator. Iste frequenter inculcauit auditoribus præpotenti virtute verborum (eloquentiam enim, quam à nâturâ habebat, summæ prudentiæ maritauerat) vt in omni tribulatione & angustiâ semper fiducialiter Dei Genitricem MARIAM inuocarent in Adiutricem, Consolatricem, & Mediatricem: cùm Mediatrix aptior apud Deum esse nequeat, quam ipsa, quæ Deum genuit, peperit, lactauit, aluit, & in virilem ætatem vsque perduxit: &, si aliæ mulieres hoc proprium habent, vt virorum

in virum eruditissimum & eloquentissimum euadit:

fiduciam erga Deiparam inculcat:

suorum

suorum rigorem precibus frequenter emolliant, hoc propriissimum mulieri est, quæ sola potentissima Diuinę maiestatis rigorem aduersùs peccatores, vltionem prouocantes, sanctis orationibus suis emollire poterit.

11 Inter præcones autem gloriosi & dulciflui nominis sui, quos tam benemerita Patrocinatrix semper multos habuit, non facilè cuiusquam altior tuba fuit, neque sonantior. Hinc cùm in Cathurcis tanta siccitas, peccatis, pro dolor, sic exigentibus, foret, vt fructus perirent omnes, & indies pericula multa, & hominum, & animalium ventura metuerentur; amorosæ matris Dei prædilectus alumnus in sublimis amicitiæ gradu summo specialis, secretus, ac familiaris amicus, deuotissimusque Capellanus Clerum, & populum extra ciuitatem duxit in campum latissimum, thesaurizatos à tenero sapientiæ thesauros aperuit, efficaciter dissuadendo venena mentium voluptates, increpando vitia, plagarum origines: confortauit populum, & magno amore ei præbente multum audaciæ, promisit fiducialiter, etiam illo die, pluuiam illis affuturam, si malorum suorum pœnitentes, in pragloriosam Virginem MARIAM spem suam fiducialiter collocarent. Erigebant animum eius præcedentia tam efficacis Patronæ beneficia multa. Annuit cœtus omnis. Et ecce ipso prædicante, nullâ apparente nebulâ, nec aliquo signo pluuiæ, cœpit paullatim imber

tempore siccitatis

in concione

promittit ope Deiparæ pluuiam, & impetrat.

imber deſcendere ; & in tantum creuit guttarum denſitas, vt vix populus ad ciuitatem reuerti quiuerit, Deo miraculum operante, præglorioſiſſimæ ſuæ Matris interceſſione, quam vnà cum populo fidus eius amator more ſuo deuotiùs inuocabat.

12 Ex tunc in illâ regione pro ſancto cœpit haberi,honorariq́ue mirificis præconiis:vtpote, qui Patris ſui ELIÆ plenus ſpiritu,velut ipſe cęlum clauſum aperuit, & vbi voluit pluuiam contraxit. Quod vbi comperit, laudes hominum fugitans, patriam dereliquit, calcaribus humilitatis agitatus, quæ optima dos animi, & ad virtutem veramq́ue gloriam primus gradus eſt. Verùm quoniam honor velut vmbra frequenter ſequitur fugientes, & appetitores ſui deſerens, impetit contemptores, poſteaquàm in Pariſienſi palladio, fonte ſcientiarum vberrimo, ſcientias legerat, & Baccalaureatus in ſacris litteris inſignia ſuſceperat, ob miram, quæ in eo viguit induſtriam, Procurator Ordinis ſui in CuriâRomanâ celeberrimo;atque ſplendidiſſimo totius Orbis terrarum ſpectaculo effectus eſt, quæ in Auinione tunc reſidentiam acceperat : vbi gratiſſimus extitit Pontifici Maximo Clementi VI, qui tunc Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ currum inſigniter aurigauit, ſacroq́ue Cardinalium Senatui; & præſertim Religioſiſſimo Patri Domino Taliarando Cardinali Petragoricenſi Titulo S. Petri ad Vincula

ſanctus habetur:

fugit honores:

fit Baccalaureus Theologiæ:

gratus Pontifici & Cardinalibus:

Vincula adornato, qui miris animi fulgoribus Romanæ cardinem illuſtrauit Eccleſiæ: cuius domus ſemper fuit quædam beneficiorum officina, pauperum domicilium, diuerſorium calamitoſorum, cuius & laudes nulla vnquam ætas conticeſcet.

13 Hic Reuerendiſſimus Pater Compatriotæ ſui, Procuratoris, MARIÆ Familiæ ſanctitatem, & doctrinam perſpiciens, à Generali Capitulo Carmelitarum eum ad Lauream Doctoralem Pariſiis conſequendam promoueri voluit, & impetrauit. Quâ magnificè poſt àliquot annos adeptâ, denuò reuerſus ad Curiam; ſanctiſſimis doctrinis (quas in lectionibus Theologicis, ordinatus ibidem Magiſter Regens, in diſputationibus, & ſermonibus publicis ac priuatis, actione linguam præueniente, effudit abundè) multorum corda ad diuinitatis amorem, & amantiſſimæ Dei Parentis MARIÆ venerationem deuotionem vehementer accendit: ac velut palmes fructiferæ vitis, quem Dominus plantando in terram defixit, & abundantiâ ſuæ gratiæ in omnibus benedixit propagini, generationem rectorum genuit, Paradiſique cœtum de plurium animarum conquiſitione lætificauit. His humanæ ſcientiæ argumenta diſſoluit; illis diuinæ ſapientiæ myſteria altiùs reſerauit; ex profundâ Euangelici fontis abyſſo, ſalutis hauſtum cunctis tam potenter infundens, vt iam non tam moraliter & ſtudiosè,

creatur Doctor:

in Curiâ Pontificiâ docet:

ſtudioſè, quam naturaliter in his conſtare videretur. Monſtrum eſt cogitare, quantus ipſe ingenio, quantuſque ſtudio fuit. Semper ante Lectionem deuotiſſimè celebrauit: & ipſa æterni Patris ſapientia in Miſsâ miram ei dedit intelligentiam, & veram infudit ſæpiùs ſacræ ſcripturæ expoſitionem.

ſcientiam in Miſsâ diuinitus haurit:

14 Ibi, prout refert ſuus in loco diſcipulus, & imitator Frater Ioannes Hildesheimenſis, cùm ſemel deuotus laudum MARIÆ propagator in ſacrâ nocte Pentecoſtes feruentibus deſideriis à dulciſſimâ, potentiſque Patronâ MARIA ſuæ Religionis patrocinium efficax & iugem conſeruationem humillimè petiiſſet; ipſa vultu, & habitu coruſcans, PETRI, tamquàm familiaris, tamquàm alterius ſui, confidentiùs ingreſſa cubiculum, affatu piiſſimo, reſponſum flammiuomum, fauo ac melle prædulcius, ei dedit: Ne timeas, inquiens, mi PETRE. Audi Popule meus, peculiaris Grex Carmelitane, & conteſtabor te: Recordabor vtique ſemper fœderis mei, quod pepigi vobiſcum. Durabit igitur vſque in finem Religio Noſtra, cariſſimorum, & deſideratiſſimorum Fratrum meorum Congregatio, gaudium meum, & corona mea: Nam & pro eâ ſupplicauit Filio meo, & impetrauit primus Ordinis Patronus ELIAS, dum ei Transfigurationis ſuæ tempore in gloriâ & maieſtate coapparuit, exceſſum feruentiſſimæ caritatis, quem completurus erat in Ieruſalem,

à Deiparâ apparente intelligit Ordinem Carmelitanũ ſemper permãſurum.

rusalem, cum mansuetissimo Moyse reuoluens. O caritas immensa viscerum maternorum! O res dictu mirabilis, mirabilis item cogitatu! O multùm excessiua dilectio Reginæ maiestatis immensæ, per tam lactiflua verba patescens! Quibus dictis suus discipulus, qui coram ipso dormiuit, à somno expergefactus, Magistri pedibus aduoluitur, preces multiplicat, vt omnem cælestis visionis seriem reserare dignetur. Tandem exauditur, iuramento præmisso, quòd nil eorum reuelaret alicui, quamdiu superuiueret Collocutor Virginis tam familiaris, præ reuerentiâ & gloriâ vultus illius adhuc stupidus. O verbum exultationis & lætitiæ, de saluiuico piissimi cordis fonte prolatum! Verbum dulce & gratiosum, dignum vtique memoriâ sempiternâ, Carmelique Fratribus diligenter & saporosè ruminandum! Verbum sanè securitatis & felicitatis immensæ, quo tam primi Patris ELIÆ, quàm glorificandissimæ Patronæ MARIÆ (quæ per specialem protectionem est in circuitu Populi sui) precibus & meritis iuuari assecurantur. Iure dicam igitur, quòd immensa Diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Carmelitano, ineffabilem ei conferant dignitatem. Nec enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Institutores Deo appropinquantes per sublimioris vitæ merita, & assistentes, sibi sicut adest Nobis Domina, & Institutrix: Nostra

MARIA,

Maria, ſimul & Inſtitutor Noſter, tantæ Reginæ coniunctiſſimus, ſpeciali neceſſitudine compaternitatis S. Elias.

Aurea flammigeris euectus in aſtra quadrigis
Qua leuis aëreos, non preſſit orbita ſulcos.

Si erga carnis noſtræ propinquos, nullo docente, in amorem conſtringimur: ſi quoque Sanctus Pater Ambroſius, vt in Officiorum libro de ſe ipſe teſtatur, quos Chriſto per Euangelium genuit, non minùs dilexit, quam ſi eos coniugio ſuſcepiſſet: Si denique iuxta Symmachi Papæ ſanctionem à Gratiano 30.q. Notantes, repetitam, omnes, quos in pœnitentiâ ſuſcipientibus, vel ſub trinæ immerſionis vocabulo mergentibus, vnda ſacri baptiſmatis regenerauit; non mirum, ſi Carmeli gemitibus & Elias, & Maria comparentes ſui ſpiritales, peculiariſſimè ſemper faueant.

15 His concordat verbum laborioſiſſimi *c* Origenis ſuper libro Numerorum, inquientis. *c* Quod Moyſes in hac apparitione orauit pro Populo ſuo, petens, vt, cùm plenitudo gentium introiſſet, omnis Iſrahel ſaluus fieret. Æſtimandum planè non eſt, Moyſe pro populo ſuo, qui ſibi adeò rebellis & ceruicoſus ſemper extiterat, ſollicitante; Eliam Carmeli Patriarcham, cœtum Fratrum ſuorum neglexiſſe, cui legiſlator fuerat & Præceptor, non ſegniter auditus. Non eſt etiam veriſimile, quod Deus negare velit Religioni Carmeli, præfru- *ob intereeſſionem Eliæ in monte Thabor factam:*

ctiferæ Matris suæ Familiæ, quod omnibus dedit. Hactenus enim quælibet Religio durauit ad minus vsque ad mortem sui Fundatoris; Patronus autem, & Fundator Noster ELIAS Propheta sanctiloquus, Virginum quoque flos primitiuus, nondum mortuus, Paradisi iam colonus est. Est vir vbi iste Dei, non licet ire mori. Et tantó tempore, astipulante Hieronymo permanet in eadem ætate, quâ in curru igneo raptus est, ad Antichristi vsque tempora, quem præpotenter oppugnabit, sic reseruandus. Videre quoque indies possumus, tam in operibus artis, quàm naturæ, quod primum in compositione, vltimum est in resolutione, & econuerso. Carmelitana igitur Religio ceterarum primaria, antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, & frondosa vitis Israhel, cui fructus adæquatus est,

Inclyta progenies, natum de stirpe coruscās,
Cui celsum à proauis nomen origo dedit;

pariformiter etiam erit vltima, vt Doctrix, & Prophetes illuminatissima MARIA suo Petro Thomasio lucidè pronunciauit.

16 Cùm autem Dominus Papa Clemens debitum mortis exsoluisset, & congruis exequiis celebratis, quam solennissimè corpus eius in monasterio, Casâ Dei vocato, foret humandum; ab Auinione vsque ad dictum locum XII dietas fecerunt, Magister noster Petrus Thomasius toti Curiæ, & Auinionensi populo,

in transuectione corporis Clementis VI

pulo, ob ingentia merita sua supra modum honorabilis, & peramatus (qui tantâ quidem decoratus erat gratiâ, vt hominum vniuersitas ipsum, tamquam paradisi florem vernantissimum inspiciens, miro veneraretur affectu) ab honorando Cardinalium Collegio, & omni Papæ parentelâ ad prædicandum in itinere delectus est. In quo fecit XII Sermones mirabiles, vnum die quolibet. Beatissima Virgo MARIA, compos cæli regiæ, incomparabilis gratiæ ac gloriæ, excellentiâ beatitudineque locupletissima, quæ sæpius sublimauerat deuotum suum, iterum eum voluit honorare. Funere nempe Papæ existente in Ecclesiâ B. MARIÆ de Pugio, conscendit ambonem PETRVS, MARIÆ vernaculus, vt solito more prædicaret; & inuenit se subitò tantâ grauatum raucedine, vt nec audiri, nec loqui valeret. Adfuit Cleri & Populi multitudo copiosa. Cuncti qui nouerant eum, verecundiæ eius nimis condoluerunt. Ipse autem de fontis gratiarum scaturigine non diffidens, ad imaginem Patronæ MARIÆ deuotè se conuertit, genua flexit, fide & spe animatus, precum gemmas obtulit, piæ orationis aurum appendit, piam piissimæ misericordiam inuitans, suspiriis cordis Spiritus sancti gladium triumphaliter vibrans. Quâ finitâ altè resumpsit thema suum, & adeò clarè sonorissimeque prædicauit, vt à multis hominum millibus faciliter potuisset audiri.

duodecies concionatur:

rauim ope Deiparæ pellit:

Fit gaudium cum stupore,& diuturnum diuinæ laudis præconium, multis p[illegible]conantibus. Hic est verè dilectus à Deo, & Genitrice eius præpotente, qui singularis familiaritatis indicio, tam fiducialiter eam semper accedit,& ad libitum sic protinus exauditur, qui cum eâ iure quodam peculiaris amicitiæ quodlibet posse videtur. Certè non est alius, quàm hic amicus eius electus Frater, & alumnus sibi singulariter pretiosus, quem ita signis mirificat, virtutibus exaltat.Cuius si merita velit edere lingua perita, vincet materia quælibet ingenia. Verùm ipse humilis MARIÆ, beatæ memoriæ Papæ Clementi adscripsit.

17 Demum à Clementis successore Innocentio sexto; qui in sermonibus prorsus efficacissimis huius viri Dei multùm delectabatur (verba etenim oris eius plena suauitate & gratiâ erant, & super cælestem sapientiam mirabiliter redolebant)semper honorandâ Dei Parente MARIA probati feruidique dilectoris sui honores procurante, tum etiam, quia columna lucis in templo Dei altiùs erigenda, cunctis videbatur,ad Pontificalis apicis dignitatem promouetur, & Ecclesiæ Pactensi in regno Siciliæ donatur in sponsum. Quâ gloriâ sublimatus, quò altiùs in plebe Dei caput extulit, eò diffusiùs piæ conuersationis odorem sparsit. Ab eodem pro Vniuersalis Ecclesiæ Republicâ tuendâ, atque dirigendâ in diuersis legationibus

Iussu Innocentij VI ordinatur Episcopus Pactensis.

bus mittitur, nunc ad Imperatorem Rassiæ, nunc ad Imperatorem Romanorum, nunc ad Imperatorem Constantinopolitanum, nunc ad reconciliationem Venetorum cum Vngaris: Quas omnes cum summâ vtilitate Ecclesiæ, diuini honoris procuratione multâ, & salutis animarum complurium messe fœcundissimâ executus est.

mittitur ad Imperatores, Reges, Venetos:

18 A Constantinopoli, & secundi Patriarchatus solio, & vnico Græcæ Sapientiæ domicilio (quod Orientalis Imperij caput, & totius Græciæ columen extitit) in Cyprum nauigauit, vbi grauem infirmitatem incurrit; de quâ Deo auxiliante, & Reginâ Ierusalem ac Cypri, pro suæ sanctitatis merito, ei quotidie manibus propriis cibum parante, & officiosissimè ministrante, conualuit. Ab inde nobilissimam Vrbem Ierosolymam, olim ciuitatum Reginam, Dei sacrarium, matrem Sanctorum omnium, eminentissimam arcem Religionis & fidei, ornatam Patriarchis, Apostolis, & Angelis Dei, Papalis Nuntius, in summo vitæ discrimine expetere non desiit. Sacrum & aureum Carmeli montem, antiquam Patrum Nostrorum possessionem, & Nostram hæreditatem (vnde Candidata MARIÆ Religio per vniuersas mundi partes, cum tantâ benedictionis affluentia deriuata est) lætanter aspexit; ab Agarenis pollutissimis Mahumeti satellitibus, & Crucis IESV Christi inimicis eã possideri nõ

in Cypro à morbo conualescit:

inuisit loca sacra Palæstinæ:

 modicè

modicè dolens. Et posteaquàm sepulchrum Domini gloriosum, lectumque illum purpureum crocos spirantem, & suauissimis fragrantem odoribus (in quo propter nos vita nostra obdormiuit in Domino) deuotione feruidâ visitarat, memori fletu, & piis lacrimis rigarat, in sancto monte Sion, Christianis omnibus diuersarum nationum, Saracenis etiam affluentibus, gloriosè, & authenticè prædicauit, Sermoneque completo, Dei Matre MARIA eum protegente, in medio illorum ibat.

19 Et omnibus ritè consummatis, ad Dominum, qui miserat illum, cum feruore multo reuersus est: à quo, de consilio Cardinalium (auditis, quæ per eum gloriosè facta sunt) ad partes Romaniæ & Cypri denuò mittitur, iam non modo Nuntius Papalis, sed Legatus Sedis Apostolicæ specialis, & vniuersalis:

creatur Legatus Sedis Apostolicæ

Nam suus Ordo fuit, semper maiora mereri,
Vitaque quàm senior, tā sibi creuit honor.

Ex tunc maximè terribilis Christi hostibus, inclytus ille signorum operator, Christi miles victoriosus, Regi suo plurimùm valuit prædicando, docendo, disputando, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: nunc corporaliter etiam Agarenos strenuè debellando, nunc infideles baptizando, schismaticos reducendo, & Ecclesiam Dei copiosè multiplicando: modò in Smyrnis, modò in Rhodo, modò in Constantinopoli, mo-

dò in Cypro, modò in Cretâ, modò in Turquiâ. In Cretâ etiam abominabilem quandam hæresin, quæ potissimum à nobilioribus insulæ sustinebatur, penitùs extinxit, & cognatum Ducissæ Cretensium pertinacem combustioni adiudicauit. Petrum, Ierusalem & Cypri Regem, Hugonis Regis filium in Ecclesiâ Famagustana solenniter inunxit. Sataliam munitissimam inimicorum fidei Christianæ ciuitatem, ab hoc Petro Rege victoriosè recuperatam, Christo dicauit: Sacerdotes & Clerum ibidem instituit, & multa spiritalia priuilegia incolis arcis Dominicæ piè concessit. *miranda opera facit*

20 Hinc Regi associatus, ad Curiam rediit, Vrbanum v sanctæ memoriæ Patrem, post Innocentij decessum nouiter creatum reperit: qui ei, neque petenti, neque cupienti maiorem dignitatem Ecclesiæ post Papatum, Patriarchatum videlicet Constantinopolitanum solenniter donauit: & loco Domini Taliarandi Cardinalis Petragoricensis recenter defuncti, Apostolicæ Sedis Legatum pro Sancto Passagio Ierosolymæ recuperandæ gratiâ assumendo, eum ordinauit. Quo nobiliter, & victoriosè procedente, Alexandrinæ Ciuitatis captioni, strenuè bellans, interfuit. Post cuius derelictionem zeloso dolore tangitur Beatus athleta, Martyr studio, Confessor officio, & tertio, prô dolor, mense, Lucerna Orientalium Christianorum, in Famagustâ extinguitur, *constituitur Patriarcha Constantinopolitanus:*

piè moritur, tur, Anno Domini MCCCLXVI in die Epiphaniæ: & beatis meritis ditatum spiritum cælo reddidit, vt tantæ diei celebritas suo etiam transitu condecoraretur. Statimque, velut etiam sæpius anteà, pretiosa spargens balsama vitam spirantia, & aromata Christi medelam suauiter redolentia, aureis miraculorum fulgoribus, mirificisque prodigiis splendescere non *clarus miraculis.* desiit. In Ecclesiâ autem Carmelitarum dictæ Ciuitatis aromatici corporis gleba, gloriosi coram Deo in cælis, mirabilis exinde in terris, Resurrectionis diem præstolatur. Qui contra morbum epidimiæ pro speciali apud Deum Patrono, nedum ibi, sed & in diuersis Orbis *d* terrarum locis deuotiùs imploratur. *d*

a *Bostius testatur se anno 1474 hoc opus scripsisse. De eo egimus § 1.*


b *Sunt ex Mazzerio pleraque desumpta, insertâ reuelatione ex Hildeshemio.*

c *Origenis homiliâ 7 super Numeros. verba sunt ista:* Quem oportebat orare ad Dominum pro sanitate populi illius, nisi Moysen? Moyses orat pro illis, & fortè hoc erat, quod cum Domino Iesu colloquebatur, cùm in monte transformatus est, petens ab eo, vt, cùm plenitudo Gentium introîsset, tunc omnis Israël saluus fieret.

d *Idem Bostius cap. 9 huius tractatus duplex inserit elogium S. Petri, & in secundo ista habet:* Petrus Thomasius Patriarcha Constantinopolitanus, contra fidei inimicos strenuus armiger & belligerator gloriosus, quinimò Crucifer & Ductor exercitus Dominici, tam doctus quàm sanctus, qui castitate Vir-

go, Sacerdos ordine, paupertate monachus, professione Confessor, laboribus Martyr, legatione Apostolus, munditiâ carnis Angelus, nullius gradus detrimentum passus est: hostes Christi semper hostes suos reputans, hæreticis & Saracenis numquam pepercit, librorumque succi & sensus plenorum multam congeriem diligenter elaborauit, optima pascua Dominicis ouibus prouidens. *Idem in libro de Viris illustribus Ordinis Carmelitani, quæ hic de Vitâ S. Petri retulit, breuiori epitome comprehendit.*

Alia Elogia S. Petri, sed breuiora, ab auctore Florarij MS. Hermanno Greuen, Petro Canisio, & Ioanne Molano concinnata, suprà § 5 Commentarij præuij dedimus.



LITTERÆ APOSTOLICÆ INNOCENTII VI ET VRBANI V, de rebus gestis S. PETRI THOMASII.

BVLLA I.

Suppetiæ B. Petro iter facienti iubentur ferri.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis, &c.



B. Petro Genuam & Mediolanii misso

VM dilectum Filium PETRVM THOMÆ, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo, Magistrum in Theologiâ, latorem præsentium, ad ciuitatem Ianuensem & Mediolanensem pro quibusdam negotiis, per nos sibi commissis, duxerimus destinandum; Vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attentè, per

per Apostolica vobis scripta mandantes: quatenus eumdem latorem, cùm per partes vestras transitum fecerit, ob reuerentiam Sedis Apostolicæ, & nostram, benignè recipientes, & honestè tractantes, sibi, quamdiu in huiusmodi negotiorum prosecutione fuerit, diebus singulis in duobus florenis auri, pro suis & familiæ suæ necessitatibus; & de securo conductu, cùm super his per ipsum vel eius nuntium fueritis requisiti, in eundo, morando, & ad nos redeundo, liberaliter prouidere cureris, ita quòd exinde deuotionem vestram commendare meritò valeamus. Alioquin sententiam, quam idem Petrus per se, vel alium seu alios ritè tulerit contra rebelles, super quo sibi tenore præsentium plenam concedimus facultatem, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remotâ, infallibiliter obseruari. Non obstante, quòd aliqnibus communiter, vel diuisim ab eadem Sede indultum existat, quòd Nuntiis Sedis ipsius aliquam procurationem exhibere, vel in eâ contribuere, nisi ad eos declinauerint, minimè teneantur, &c. Datum Auinione Nonis Octobris, Pontificatus nostri a anno primo.

iubentur necessaria conferre.

a *Is est annus Christi* 1353. *Alium priorem hoc anno, mense Maio impositam S. Petro Legationem suprà diximus. De illâ hactenùs desunt Litteræ Apostolicæ, vti quæ in hac Legatione datæ sunt ad Ducem & Remp. Genuensem, ac Ioannem Vicecomitem & Archiepiscopum Mediolanensem. Reliqua suprà § 2 indicauimus.*

BVLLA

BVLLA II

Instituitur B. Petrus Episcopus Pactensis & Liparensis.

Innocentius Episcopus Venerabili Fratri PETRO Episcopo *a* Pactensi, & Liparensi salutem.

PAstoralis officij, cui, disponente Domino, præsidemus, vt de vniuersi orbis Ecclesiis, quarum cura nobis imminet generalis, & de illis præsertim, quæ vacationis exponuntur incommodis, sollicitè cogitemus: vt illis præficiantur viri prouidi in Pastores, qui eas in spiritualibus & temporalibus possint & sciant salubriter gubernare. Dudum siquidem bonæ memoriæ *b* Petro Pactensi, & Liparensi Episcopo, regimini Pactensis & Liparensis Ecclesiarum inuicem canonicè vnitarum præsidente, Nos cupientes eisdem Ecclesiis, cùm eas quouis modo vacare contingat, operationis nostræ ministerio, vtilem præsidere personam, prouisionem ipsarum Ecclesiarum ordinationi, & dispositioni nostræ eâ vice duximus specialiter reseruandam, decernendo ex tunc irritum & inane, si secùs super iis, per quoscunque, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attentari. Postmodùm verò præfatis Ecclesiis per obitum eiusdem Petri Episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, Pastoris solatio destitutis, Nos, vacatione huiusmodi fide dignis relationibus intellectâ, ad prouisionem dictarum Ecclesiarum celerem & felicem, de quâ nullus præter

b Mortuo Petro Teutonico Episc. Pactensi & Liparensi.

Iussu Pontificis.

præter nos eâ vice se intromittere poterat, reseruatione & decreto obsistentibus supradictis, ne prolixæ vacationis exponerentur incommodis, paternis & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendâ eisdem Ecclesiis personâ vtili, & etiam fructuosâ, cum Fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad te, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Monte Carmeli Professorem, in sacrâ Theologiâ Magistrum, & in Sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, vitæ, ac morum honestate, spiritualium prouidentiâ, & temporalium circumspectione, aliisque virtutum meritis, apud nos laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debitâ meditatione pensatis, de personâ tuâ, præfatis Pactensi & Liparensi Ecclesiis, de prædictorum Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolicâ duximus prouidendum: teque illis præfecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsarum Ecclesiarum, & in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo: tibique postmodùm per Venerabilem Fratrem nostrum c Guidonem Episcopum Portuensem, apud Apostolicam Sedem fecimus munus consecrationis impendi, in illo qui dat gratias, & largitur præmia: confidentes, quòd eædem Ecclesiæ pro tuæ circumspectionis industriâ & prouidentiâ circumspectâ, sub tuo felici regimine, dexterâ Domini tibi assistente propitiâ, salubriter & prosperè dirigentur. Quocircâ fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ad præfatas Ecclesias cum gratiâ nostræ benedictionis accedens, curam & administrationem prædictas sic exercere studeas solicitè, fideliter, & prudenter, quòd dictæ Ecclesiæ gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeant se commissas: tuque præter retributionis æternæ præmium, beneuolentiam nostræ gratiæ vberiùs

ob præclaras dotes

B. Petrus Thomas Episcopus ordinatur

c *à Guidone Cardin. Episc. Portuensi.*

bertùs consequi merearis. Datum Auinione xvi Calandas Decembris anno secundo. d

a *Post eiectos ex his vrbibus Saracenos, præfuisse vtrique Ecclesiæ eosdem initio Abbates, dein Episcopos, & sub finem dicti seculi 14 singulis Ecclesiis suos assignatos Episcopos, suprà diximus.*

b *Petrus de Pernis Teutonicus Ordinis Minorum, mortuus 21 Ianuarij anni 1354.*

c *Fuit Guido filius Comitis Bononiæ Belgicæ, ac primùm Episcopus Tornacensis, tum Cameracensis, dein Archiepiscopus Lugdunensis, posteà à Clemente* vi *Episcopus Cardinalis Portuensis & S. Ruffinæ effectus anno 1350, mortuus anno 1373.*

d *Lezana relatis his litteris, quas ipse in Regestis Vaticanis reperer at, addit sopitam controuersiam, quà posteriores Nuntiaturæ & Legationes Petro Teutonico decessori à VVaddingo tribuebantur. Desunt hîc Litteræ Apostolicæ quibus B. Thomasius ad Carolum* iv *Imperatorem missus est.*

B V L L A III

Hortatur Regem Rassiæ vt fidem promoueat Romanam, & Sedis Apostolicæ Nuntios benignè recipiat.

a Innocentius Episc... Stephano Regi Rassiæ illustri, gratiam in præsenti, quę perducat ad gloriam in futuro.

PEr dilectos filios, nobiles viros, Bossidarium Iudicem generalem, & Nestegium Cephatiam b Gerensem, ac Damianum de c Catarâ ciuem Catarensem,

tarensem, Apocrisarios & procuratores, Magnitudinis tuæ ad Nos & Sedem Apostolicam, diebus non longè præteritis destinatos, & præsentatas nobis per Apocrisarios ipsos litteras regias, aureâ tuâ bullâ munitas, nostro Apostolatui intimasti, quòd audito, quòd quidam ecclesiarum & monasteriorum Prælati regni tui, fideles eiusdem ecclesiæ, erant ecclesiis & monasteriis, in quibus canonicè instituti fuerant, per *d* quosdam abominationis filios contra iustitiam destituti, & quòd alij quidam eisdem, ac aliis fidelibus S. R. E. Catholicæ ac Apostolicæ, in eodem regno morantibus, iniurias & contumelias irrogarunt, & quosdam ex fidelibus ipsis ad reiterandum Baptismatis & Confirmationis, per eos ritè suscepta, irreiterabilia sacramenta, inuitos coëgerant, non sine graui offensa Dei, & læsione fidei Christianæ. Tu velut sincerus ipsius fidei zelator & cultor, id molestè ferens ac gerens, prout debueras, admodùm displicenter, & cupiens pro reuerentiâ Redemptoris tui, qui eiusdem auctor est fidei, & pro salutis tuæ merito, tantis malis prouisionis tuæ studio salubriter obuiare, sub indignationis tuæ pœnâ districtè præceperas, Prælatos destitutos eosdem ad ecclesias & monasteria ipsa, quibus fuerunt, sicut præmittitur, destituti, restitui cum effectu: sex monasteriis tunc expressis dumtaxat exceptis, quibus de propriis Abbatibus ad euitanda scandala & pericula imminentia tunc restitutio non poterat fieri, & ad quæ, postmodùm temporis opportunitate captatâ, illos restitui procurasti. Quodque publicè ac patenter. & sub formidabilibus pœnis edixeras, quòd nulla Ecclesiastica secularisúe persona Latinos, vel alios fideles eiusdem Ecclesiæ secundùm verum & Catholicum ritum eius baptizatos & confirmatos, rebaptizare, seu reconfirmare, aut eisdem fidelibus iniuriam seu violentiam irrogare, siue ipsos persequi, vel molestare

Post missos legatos cum litteris

d

probatur zelus Regis,

ob monasteria restituta.

anabaptistas repressos,

molestare præsumeret quoquo modo. Et quòd omnes Episcopi, Abbates, & alij ecclesiarum & monasteriorum Prælati, Presbyteri & Clerici, seculares & regulares, fideles ipsius Ecclesiæ, vbicumque & quomodocumque in regno detenti prædicto, restituerentur debitæ libertati, & ad ecclesias, monasteria, & ecclesiastica beneficia quælibet liberè & sine impedimento redirent, diuina in eis celebrarentur officia, & prout ad eas aliàs pertineret, ministrarent eisdem ac aliis Christi fidelibus, iuxta præfatæ Ecclesiæ consuetudinem rectam & obseruantiam salutarem, Ecclesiastica sacramenta. Et quòd licitum esset omnibus in dicto regno morantibus fidem, quam Ecclesia ipsa tenet, docet & prædicat, tenere liberè, ac prout eis competeret, illam docere voce liberâ, & publicè prædicare: & quòd vt sinceriorem te probares, verioribus argumentis ipsius Catholicæ fidei amatorem, eos, qui secundùm huiusmodi vitam & formam Ecclesiæ prædictæ, Baptismatis & Confirmationis susceperant sacramenta, & vel vi metuúe coacti, sicut prædicitur, ne forsan errore deuij, huiusmodi sacramenta, iuxta vsum, imò abusum veriùs, & abominationem aliam damnabiliter iterarant, arbitrio eorum libertatique relinquens, ipsis ab huiusmodi reatu beneficium absolutionis impendi, eosque reaggregari vnitati eiusdem Ecclesiæ deuotâ mente petieras, ac pio studio procuraras. Ac tandem Ecclesiam ipsam Dominam & magistram Christianorum omnium, ac Romanum Pontificem vniuersalem Christianorum ipsorum Patrem, & verum ipsius Christi Vicarium, ac B. Petri Apostolorum Principis successorem, firmiter asserens, simpliciter confitens, & humiliter recognoscens, deuotâ instantiâ supplicasti, vt tibi Apostolicæ benedictionis munus per Apostolicas litteras mittere, & nihilominus destinare ad regnum ipsum aliquos viros

exercitia Catholicæ religionis permissa,

agnitum Ecclesiæ Romanæ primatum,

petitos operarios Euangelicos,

ros probos, timentes Deum, & in lege ipſius plenè eruditos, qui Venerabilis fratris noſtri e Bartholomæi Epiſcopi f Tragurienſis, dudum in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Nuntij, feliciter, fauente Deo, inchoatis operibus proſecutionis adiicerent ſtudium, per quod ad optatum perducerentur effectum, dignaremur. Idemque Traguríenſis Epiſcopus, cuius relatibus adhiberi fidem per eaſdem litteras petiiſti, nobis expoſuit, quòd in populo Chriſtiano partium Orientis ſuper afflictionibus & perſecutionibus duris, quibus eos Turcarum furor immanis indeſinenter anguriat, viſcera pietatis Regiæ ad compaſſionem aperiens, & ad opprobria exprobrantium nomini Chriſtiano tollenda, & auferendam perfidam gentem credentium de finibus, attendens animi tui zelum, & excitans potentiam regiæ dignitatis, deſiderabas ab eadem Eccleſiâ matre tuâ contra Turcas ipſos Capitaneus ordinari, vt ipſius Eccleſiæ ſpirituali adiutus auxilio, & directus conſilio, in virtute Altiſſimi, qui piis fauet libenter operibus, gregem Domini ipſum videlicet populum, de luporum eorundem, ſcilicet Turcarum, faucibus potenter erueres, & ſubactam iugo miſerabilis ſeruitutis, Chriſtianam abſolueres libertatem.

e

f

& deſiderium belli ſacri contra Turcas.

Quibus omnibus intellectis, exultauit cor noſtrum in Domino, lætatus eſt ſpiritus, & mens ipſa in iubilum gaudij potioris erupit, ac eadem Eccleſia mater tua ei, qui vbi vult, ſpirat, & corda Regum in manu ſuâ continet poteſtatis, quique hunc tibi formauit animum, & infudit affectum, ſuppliciter agens humiles gratias, & laudationum debita vota perſoluens, ipſum orauit, & orat aſſiduè, vt te in hac zeli rectitudine, in hoc feruore ſpiritus, in hac puritate fidei, in hac deuotionis ſinceritate conſeruet, dieſque tuos & longæuos faciat, & poſt bella Domini, ad quæ robur tuæ potentiæ animosè & ſtrenuè obtuliſti,

Pontifex gratulatur de ſuſceptis piis conſiliis:

obtulisti, feliciter consummata, in suâ pace disponat, sicque tibi te, ac subditas nationes regere & gubernare concedat, quòd post huius labilis peregrinationis excursum vnà cum eis ad Sancta Sanctorum puris introire mentibus merearis. Porrò, fili carissime, post dictorum Apocrisariorum ad te reditum, affectionis, quam ad tanti boni felicem exitum nimirùm gerimus, nos continua solicitauit instantia, & eò nobis studium diligentiæ potioris indixit attentiùs, quò in rebus auidè concupitis, sicuti frequenter experientia didicisse te credimus, ipsa quoque celeritas, sæpè tarditas reputatur. Tandem cogitantes, & perquirentes cum omni solertiâ viros, quos tanti ministerij promotioni vtili vtiliter deputare possemus, inter ceteros, quos indagationi nostræ idoneos ad huiusmodi ministerium consideratio multiplex obtulit, idem Episcopus Traguriensis occurrit. Etenim ipse, cùm sit tibi familiariter notus, & sicut eædem litteræ testabantur, pro meritis suis acceptus & carus, poterit efficacior promotor esse negotij, & pro eo, quòd tanto bono bonum, Deo fauente, dedit initium, vt illud ad finem ipso dirigente ac promouente perducat, instantiùs laborabit, cùm ex more opifex quilibet ad consummationem sui afficiatur operis, & ad conseruationem eius solicitus inducatur. Cui & Venerabilem fratrem nostrum PETRVM Episcopum Pactensem Magistrum in sacrâ paginâ, virum vtique religiosum, vitâ, moribus, & conuersatione laudabilem, & plenum timore Domini, dedimus socium, ac simul ambos ad te, ipsumque regnum tuum sub fiduciâ eius, qui concordiam in sublimibus suis parat, quique parietem vtrumque connexuit, præsentialiter destinamus, vt ex sparso in eodem regno per Episcopum Traguriensem eumdem semine verbi Dominici, vitalem segetem pullulantem doctrinæ salutaris aquâ irrigent, succidant, renascentium spinas errorum, euellant

mittit Episcopū Traguriensem,

& B, Petrū à sanctis moribus commendatum,

euellant schismatum succrescentium tribulos, & seminatorum eradicent zizania scandalorum: sicque ex huiusmodi segete diligentibus purgata cultoribus, dante illi Domino incrementum, manipulorum multitudo, fidelium scilicet numerus copiosus, messis in tempore colligatur, & fides ipsa, quam mediator Dei & hominum Christus supra firmam Petri petram, id est, ipsam Romanam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, cuius ipse Christus caput, fundator, & rector est, sic firmiter stabiliuit, sicque illam eidem Ecclesiæ inseparabiliter copulauit, quòd licet multos ab ipsius Ecclesiæ corpore, fallente diabolo, vel contagiosus hæresis morbus abiecerit, vel scissura damnati schismatis separârit; ipsius tamen fidei immaculata sinceritas apud eamdem Ecclesiam permanens, veluti tritici granum in areâ, quod per paleæ purgatur abscessum, & lux fulgentis sideris, quæ irradiat per excussionem obfuscantium nebularum splendidiùs, clarior elucescit, palmites suos vbique dilatans, figensque radices, emicet purior, & fructus, quibus eadem mater Ecclesia, quasi renascentis prolis numerositate fœcunda, auctori suo iucunditatis & lætitiæ cantica replicet, in vbertate producat.

Quapropter Serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè rogantes, tibique in remissionem tuorum peccaminum suadentes, quatenùs eosdem Episcopos pro nostrâ & Apostolicæ Sedis reuerentiâ benignè recipias, & fauorabiliter prosequaris, ipsorumque salutaribus monitis & doctrinæ deuotiùs acquiescas, ac intuens, quòd Dei nostri perfecta sunt opera, & quòd iuxta Euangelicam veritatem, non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit, ipsius Redemptoris tui actiones pro viribus imiteris, ac in bono constanter opere perseuerans ad ipsius feliciter inchoati negotij *adhortatur Regem ad cōstantiam operis cœpti.*

votiuam consummationem, sic velut diligens operator solerter intendas, quòd in eo, præstante Domino, & tuo cooperante ministerio studioso, Nostr.s, & communibus fidelium Christi votis & expectationibus satisfiat. Ipseque retributor omnium bonorum Deus, cuius est idem negotium propriè proprium, & cui numquàm sine remuneratione seruitur, eiusdem regni tui terminos ampliet, dilatet fines, thronum corroboret, & sceptra confirmet; ac tandem te, subiectosque tibi populos cælestis regni faciat cohæredes: Nosque non solùm in huiusmodi Capitaneatus officio, sed in quibuscumque aliis honestis & licitis, vota tua, quantum cum Deo poterimus, Apostolicis fauoribus prosequamur. Datum Auinione VIII Kalendas Ianuarij anno secundo. g

g

a *Extant hæ & sequentes Litteræ apud Bzouium & Odoricum Raynaldum ad an.* 1354. *Hic alias à decessore eius Clemente* VI *eidem Regi Rassiæ eiusque Proceribus missas refert ad an.* 1347 *num.* 30 *quando eum, relicto schismate, Ecclesiæ Romanæ doctrinam velle amplecti, nuntiarat Marcus Episcopus, vrbis Scaturensis, seu Scodrensis, in Dalmatiâ, nunc Turcico dominio subiectæ.*

b Gera *seu* Garra *vrbs in meditullio Rassiæ inter fluuios Dauum & Sauum, cui vicinior est in Pannoniâ inferiore.*

c *Est* Catara *vrbs munitissima, hoc tempore ditionis Venetæ in eadem Dalmatiâ ad sinum Rizonicum, hodie ab vrbe hac* Golfo de Cataro *dictum.*

d *Hos è vicinis Græcorum ditionibus à Patriarchâ* CP. *schismatico arbitramur submissos.*

e *Bartholomæum ex Ordine Minorum ad Episcopatum assumptum scribit VVaddingus in Annal. Minor. ad an.* 1354, *vbi omnes has Litteras Apostolicas refert.*

f *Tragurium vrbs Venetorum in Dalmatiâ, insulæ Bua ponte annexa.*

g *Sunt*

g *Sunt aliæ Litteræ Apostolicæ ad* Helenam Reginam Rassiæ & Orosium filium, *in eumdem ferè modum paucis mutatis scriptæ.*

BVLLA IV

Patriarchæ Seruiæ commendat Nuntios Apostolicos, & fidei orthodoxæ promotionem.

Innocentius Episcopus Ioannichi a Patriarchæ Seruiæ gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

a

MEdiator Dei & hominum Christus Iesus, in petrâ Petri, Romanâ videlicet & Catholicâ ac Apostolicâ Ecclesiâ, omnium fidelium Christi matre, quam solus ipse fundauit & rexit ac regit, & quæ super cunctas alias orbis Ecclesias obtinet diuinâ dispositione primatum fidei, cuius idem ipse Christus auctor est, sic solidè fundamenta creauit, sicque illam insolubili vinculo & inseparabili vnione copulauit eidem, quòd licet multas ab ipsius Ecclesiæ corpore fallente diabolo, vel contagiosus hæresis morbus abiecerit, vel scissura damnati schismatis separârit; ipsius tamen fidei immaculata sinceritas apud eamdem Ecclesiam inseparabiliter permanens velut granum tritici, quod per abscessum paleæ purgatius remanet, & lux fulgentis sideris, quæ apparet clarior, per excussionem offuscantium nebularum semper purior elucescit. Hæc sanè carissimus in

Ecclesia Romana agnitâ veritate.

Christo filius noster, Stephanus Rex Rassiæ illustris, prudenter considerans, & dolens multos ex nationibus & subditis ab eadem Ecclesiâ per scissuram inueterati schismatis, procurante seminatore scandali, patre doli, fuisse diuisos, ac saluti multitudinis, quæ ignara itineris veritatis, per abrupta gradiens in præcipitium ruit, & quasi nauis in mediis fluctibus sine remigio mergitur, desiderans prouidere, apud Nos per litteras & Nuntios suos suppliciter institit: vt ad partes ipsas viros aliquos timentes Deum, & in lege eius pleniùs eruditos, transmittere dignaremur: qui errorum inde tribulis extirpatis, & euulsis spinis quorumlibet scandalorum, in eis sererent semen vitæ.

Rex Rassiæ petiit viros Ecclesiasticos sibi destinari.

Nos autem præfati Regis huiusmodi pium desiderium & laudabile propositum opportunis in Domino fauoribus prosequentes, & sperantes in illo, qui est verum lumen de lumine, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans; quique lapis est angularis missus, ipsius Ecclesiæ fundamentum, parietem vtrumque connectens; quòd ipse de cordibus ignorantium quorumcumque ignorantiæ tenebras virtutis suæ potentiâ effugabit, & illuminabit claritatis suæ luce oculos mentium eorumdem; vt gressus eorum ab inuio retrahant, & dirigant in salutem, ac ad eamdem Ecclesiam vniuersalem omnium fidelium Christi matrem conuersi, incipiant Christo viuere, qui viuentes mundo ipsi Christo mortui comprobantur; Venerabiles fratres nostros Bartholomæum Traguriensem & PETRVM Pactensem Episcopos, Apostolicæ Sedis Nuntios, viros vtique probitatis expertæ, profundæ scientiæ, probatæ virtutis, ac zelum diuinæ legis habentes, ad Seruiæ, Rassiæ, & Albaniæ regna, & terras præfati Regis subiectas dominio, prouidimus destinandos. Ideoque discretionem tuam monemus, requirimus, & hortamur

Papa mittit B. Petrũ Pactensem, & Bartholomæum Traguriensem Episcopos.

hortamur in Domino, illam attentiùs deprecantes, tibique in remissionem tuorum peccaminum iniungentes, quatenùs prudenter considerans, quòd, sicut fides, quæ non nisi vna est & in nullo potest sui esse dissimilis, apud eamdem Ecclesiam inseparabiliter, sicut præmittitur, permanet; sic qui extra ipsius Ecclesiæ communionem fuerit, est proculdubiò extra fidem, & qui extra fidem manserit, diuinæ gratiæ particeps esse non poterit, nec adoptionem recipiet filiorum; ac intuens, quòd specialiter tibi, qui in grege Domini, ipsâ videlicet multitudine, Pastoris geris officium, quamquàm illicitè, cùm non per ostium, id est, per ipsam Ecclesiam, in ouile ouium, sed aliunde intraueris, incumbit ex debito, vt priùs viam veritatis intelligas, & custodias intellectam; & sic per illam incedens puris ac rectis gressibus, eidem gregi viâ, moribus, & doctrinâ ducatum præbeas ad salutem, sicque illum ad æternæ vitæ pascua introducas; dictos Episcopos, tamquàm Dei ministros, pro diuinæ Maiestatis, ac nostrâ, & Apostolicæ Sedis reuerentiâ benignè recipias, honorificè tractes, ac fauorabiliter prosequaris, & eorum salutaribus monitis, & doctrinæ deuotiùs acquiescas, ipsisque in prosecutione tam salutaris & Deo accepti negotij assistas consiliis & auxiliis opportunis. Itaque negotium ipsum, præstante Deo, cuius est propriè proprium, & tuo cooperante ministerio studioso, votiuum perducatur ad exitum, & eamdem Ecclesiam renascentis prolis multitudo lætificet: tuque à Retributore bonorum omnium, cui numquàm sine remuneratione seruitur, mercedis præmium æternæ vitæ gloriam percipere merearis. Datum Auinione IX Kalend. Ianuarij anno secundo. *b*

illos & fidei veritatem commẽdat Patriarchæ.

b

a *Floruerat integro ante hunc seculo S. Sabbas Archiepiscopus Seruiæ, cuius Vitam dedimus* XIV *Ianuarij. In ea*

plurimæ antiquitates Rassiæ & Seruiæ obseruantur, Regum prosapia ad hunc vsque Stephanum illustratur, & S. Sabbas solum dicitur Vicarius Patriarchæ Constantinopolitani. *Hinc posteri se Patriarchas dixère.*

b *In eumdem modum aliæ litteræ, paucis mutatis, inscripta fuère* Nobili viro Decano Sanascotratore Seruiæ, Nobili viro Gayco magno Logothetæ, Nobili viro Oliuerio Despoto Seruiæ, Magnifico viro Præbulo Cæsari Seruiæ. Nobili viro Guilbe de Catarâ Comiti Camerario Seruiæ, Nobili viro Palmanio Teutonico Capitaneo gentis armigeræ, & vniuersis Principibus, Comitibus & Baronibus Seruiæ *&c. Aliæ inscripta fuère* Vniuersis Archiepiscopis & Episcopis per Rassiæ, Seruiæ & Albaniæ regna constitutis. *In his sub finem nonnulla alia apponuntur, ac videri possunt apud VVadingum in Annal. Minor. ad an.* 1354 *num.* 5 Datæ *notantur* ix Kalend. Ianu. anno secundo, *vti in his correximus cum* ix *Idus Ianuar. qui non dicitur, legatur apud VVaddingum num.* 3 *& Odoricum Raynaldum num.* 27, *& in reliquis dies ante Kalendas adscribantur.*

B V L L A V

Mittuntur Sedis Apostolici Nuntij ad regnum Rassiæ, Albaniæ, & Sclauoniæ, aliasq; partes adiacentes.

Innocentius Episcopus,.. Venerabilibus fratribus Bartholomæo Traguriensi & Petro Pactēsi, Episcopis, Apostolicę Sedis Nūtiis salutē,

INter cetera, quæ Apostolatus officio, cui, quamquàm immeriti, disponente Domino præsidemus,

imminent

imminent peragenda; illud potissimè humeris nostris incumbit, vt contra hæreticorum & schismaticorum venena pestifera, quibus Catholicæ fidei puritatem conantur inficere, per nos & alios, prout locorum & temporum qualitas exigit, partes Apostolicæ solicitudinis apponamus. Nuper siquidem rumor infestus ad nostrum, non sine graui mentis turbatione, perduxit auditum: quòd nonnulli iniquitatis filij, solo nomine se Christianos profitentes, fidei tamen Christianæ prorsus aduersi, in regno Rassiæ, Albaniæ & *a* Sclauoniæ, ac aliis circumadiacentibus partibus, inconsutilem tunicam Domini nostri diuidere & lacerare conantes, ac perniciosa schismata suscitantes, nouas inducunt sectas, variosque seminare moliuntur errores. Ex quibus, vt aliquos recitemus, *b* falsò & pertinaciter asserunt, Spiritum sanctum non à Filio, sed à solo Patre procedere: non attendentes, quòd, sicut sacrosancta Romana, Catholica & Apostolica Ecclesia, mater fidelium omnium & magistra tenet & docet, ac orthodoxorum Patrum atque Doctorum, Latinorum pariter atque Græcorum, habet incommutabilis & vera sententia, sacrique Concilij declarat auctoritas; idem Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio, quasi ex vno principio, vnicâ spiratione procedit. Item mendaciter asserunt, contra ea quæ præfata Romana docet & tenet Ecclesia, Corpus Christi non in azymo, sed in fermentato pane confici debere: & quòd in azymo confectum est, esse denegant Corpus Christi, illudque in suæ damnationis cumulum blasphemiis inclamare, deturpare manibus, & quod sceleratius est, conculcare pedibus non verentur. Dicunt etiam formam Baptismatis & Confirmationis iuxta ritum, quem Apostolica seruat Ecclesia, falsam esse, ac iuxta formam huiusmodi baptizatos & confirmatos, Baptismati & Confirmationi sic susce-

Errores emendandi indicantur hi:

a

b

Spiritum sanctum à solo Patre procedere,

corpus Christi in fermentato conficiendum:

iterum baptizandos & confirmandos:

ptis damnabiliter renuntiare, & rebaptizari & reconfirmari compellunt. Prætereà damnabili detestatione dicuntur asserere, eamdem Ecclesiam, (cui vniuersi Christianæ fidei professores subesse noscuntur, eiusque tenentur instituta seruare in plerisque aliis, quæ præsentibus exprimere non curamus) à veræ fidei tramite deuiare. Intelleximus etiam, quòd nonnulli Archiepiscopi & Episcopi partium earumdem sacros Ordines indecenter, & contra sacrorum Canonum instituta, conferunt: & super matrimoniis contrahendis in gradibus prohibitis dispensare contra instituta præfata propriâ temeritate præsumunt: quodque Religiosi complures mendicantium Ordinum commissum sibi fore ab Apostolicâ Sede in eisdem partibus legationis officium minùs veraciter asserunt, eoque prætextu nonnulla temerè attentare præsumunt, in suarum & aliarum animarum periculum & scandalum plurimorum.

asseri Ecclesiam Romanam errare.

Cupientes igitur huiusmodi eiusdem Orthodoxæ fidei & animarum periculis, prout ex debito præmissi tenemur officij, opportunis & efficacibus studiis obuiare, ac de vestræ circumspectionis industriâ gerentes in iis & aliis fiduciam in Domino specialem, fraternitati vestræ per Apostolica scripta committimus & mandamus: quatenùs vos, vel *b* alter vestrûm, ad loca dictarum partium, de quibus vobis magis expedire videbitur, vos personaliter conferentes, & contra errantes præsumptores & attentatores huiusmodi, pro Ecclesiâ sanctâ Dei vos defensionis murum viriliter opponentes, præmissa schismata dissipare, sectas dissoluere, errores euellere, excessus corrigere, deformata reformare, & errantes ipsos ad veram ipsius Catholicæ fidei vnitatem & Ecclesiæ præfatæ ritus & mores reducere, quantum vobis inspirabit Altissimus, auctoritate nostrâ fideliter studeatis: inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis,

Adhortatur Papa Nuntios vt fidem orthodoxam propugnēt. *b*

ſecularis, contradictores quoſlibet & rebelles cuiuſcumque præeminentiæ, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, auctoritate noſtrâ per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Quæcumque verò in præmiſſis duxeritis facienda, & quæ vobis aliàs circa hæc videantur agenda, nobis fideliter & ſolerter intimare curetis, vt ſuper ipſis prouidere ſalubriter, auctore Domino, valeamus. Datum Auinione VI Kalendas Ianuarij anno *c* ſecundo.

a *In præcedenti dicuntur* regna Seruiæ, Raſſiæ, & Albaniæ. *Hîc omittur* Seruia *ſub nomine Raſſiæ contenta: additur verò* Sclauonia, *quæ præter Sclauiam ſeu Sclauoniam propriè dictam, continet Croatiam, & Dalmatiam, quæ hîc potiſſimùm intelligitur. Coniungitur huic Albania vltra Lodriam & Lodrinum ſinum in antiquâ Dalmatiâ.*

b *Solius S. Petri meminit Mazzerius, vt hinc dubitari poſſet, num Bartholomæus in ſuâ Sede Tragurienſi ſubſtitiſſet.*

c Annus ſecundus *vbique ſeruatur, licet à* XV *Kalend. Ianuarij cœptus foret* annus tertius Innocentij. *ſiue hic ad annos Iulianos ſuam epocham accommodarit, ſiue alij ita correxerint. & ipſe S. Petrus fuerat* XVI Kalend. Decemb. *eodem* anno ſecundo *factus Epiſcopus Pactenſis.*

BVLLA

BVLLA VI

Commendantur Nuntij Apostolici Regi Hungariæ.

Innocentius Episcopus . . . Carissimo in Christo filio, *a* Ludouico Regi Hungariæ illustri salutem.

CVm Venerabiles Fratres nostros Bartholomæum Traguriensem & PETRVM Pactensem Episcopos, Apostolicæ Sedis Nuntios, pro vniendis & aggregandis vnitati Ecclesiæ matri suæ, auctore Domino, Rege Rassiæ illustri, & populis subditis ipsi Regi, ad partes illas præsentialiter destinemus; Serenitatem tuam attentè requirimus & rogamus, quatenus eisdem Nuntiis, quibus super præmissis aliqua tibi exponenda oretenus duximus iniungenda, in iis, quæ tibi pro parte nostrâ retulerint, adhibens plenam fidem, eis in promotione & consummatione tam salutaris & Deo grati negotii, pro diuinæ Maiestatis reuerentiâ, tuæ consideratione salutis, & nostræ interuentionis obtentu, tuum, de quo specialiter confidimus & speramus, præbeas auxilium, consilium & fauorem. Datum Auinione x Kalendas *b* Septembris anno secundo.

a *Regnum Rassiæ iuris prædecessorum suorum & sui fuisse, & existere scribit ipse Rex Ludouicus litteris relatis ab Odorico ad an.* 1356 *num.* 24 *ideoq; primò eum adire debuit: quem etiam à reditu è Rassiâ inuisit.*

b *Imò* Ianuarij, *vt in aliis legitur. Nam* x *Kal. Sept. necdum erat S. Petrus Episcopus Pactensis.*

BVLLA VII

Commendantur iidem Nuntij Duci Venetiarum.

Innocentius Episcopus... Dilecto filio, nobili Viro *a* Duci Venetiarum salutem.

ATtendentes quantum expediret Christiano populo, maximè partium Orientis, si Rex Rassiæ illustris, & subditi sibi populi reaggregarentur vnitati Ecclesiæ, à quâ ipsos pater schismatis, peccatis exigentibus, separauit; consultâ deliberatione prouidimus Venerabiles Fratres nostros Bartholomæum Traguriensem, qui aliàs super hoc negotio laborauit vtiliter, & PETRVM Pactensem Episcopos ad partes illas sub spe diuini præsidii destinando. In quo sperantes deuotionem tuam fauorabilem inuenire, Nobilitatem tuam attentè rogamus, quatenùs eisdem Episcopis ad tam salutaris prosecutionem negotii, & specialiter circa transitum maris, impendendas pro diuinâ ac nostrâ & Apostolicæ Sedis reuerentiâ auxilia & fauores. Datum Auinione IX Kalendas *b* Septembris anno secundo.

a *Erat Venetiarum Dux* Marinus Falerius *ob coniurationem in Remp. capite plexus* XIV *Kalend. Maij anni* 1355. *Ita Petrarcha lib. variar. ep.* 18.

b *Imò* Ianuarii, *vt suprà probatur.*

BVLLA

BVLLA VIII

Suadet Regi Hungariæ, vt bellum inferat Schiſmaticis, & exercitus Chriſtiani Imperatorem inſtituit.

Innocentius Epiſcopus ... cariſſimo in Chriſto filio Ludouico Regi Hungariæ illuſtri.

Pontifex laudat præclarè hactenus à Rege geſta:

QVanta te, fili cariſſime, gratiæ ſuæ vbertate præuenerit diſtributor ille gratiarum munificus, Dei filius Ieſus Chriſtus, qui dat omnibus ſine improperio affluenter, quamque præcordia tua ſuæ benedictionis imbre copioſè perfuderit; luculenter patuit hactenus, & nunc manifeſtiùs innoteſcet. Ipſe namque tibi, adhuc iuueniles annos agenti, ſpiritum prouectioris infudit ætatis: ipſe adhuc tenello corpori tuo robuſtiorem ſpiritum inſpirauit: ipſe tuum circa beneplacita ſua direxit animum, firmauit cor, roborauit & mentem, ità vt non mollia quælibet leuia, quibus vt plurimùm implicari ſolet iuuentus, illecebris multis obnoxia complexus extiteris, ſed velut annis maturior, abhorrens delitias & otia fugiens, ardua quæreres, appeteres ſtrenua, interciperes magna, & virtuoſa diligentiùs ſectareris. Nec ſatis fuit tibi famæ tuæ claræ naſcentis auſpicia intra regni tui ſinus latiſſimos contineri; imò, vt nomen tuum longè lateque clareſceret, peregrinas perluſtrare prouincias, & adire nationes extraneas voluiſti: in quibus licet more Principum ſtudueris ipſius famæ

compendiis

compendiis prouidere, principalis tamen ad hoc tua pia dirigebatur intentio, vt Conditoris Redemptorisque tui beneplacitis ætatis & operum tuorum primitias deuotus offerres. Probasti hoc certè *a* Lituanos & Ruthenos infideles frequenter expugnans: hoc *b* regni Rassiæ schismaticos & hæreticos persequens demonstrasti. Quibus laudabilibus principiis tuis laudabile cupiens, Deo propitio, adiicere medium, illaque desiderans, ipso præstante felici exitu terminari, per Venerabilem Fratrem nostrum *c* PETRVM Episcopum Pactensem & dilectum filium *d* Stephanum Electum *e* Zagabriensem, Nuntium tuum, & litteras regias nobis exhibitas per eumdem Nuntium, quas & eum benignè placideque recepimus, nobis nouiter intimasti: quòd tu molestè ferens iniurias, contumelias & opprobria, quæ ipsi Redemptori tuo per eosdem schismaticos & hæreticos dicti regni Rassiæ, ac terrarum, quæ Orosii, se Regem Rassiæ nominantis, subsunt tyrannidi, & quæ vicinantur eisdem, iugiter inferuntur: illaque vltrici dexterâ tuâ cupiens vindicare, ac desiderans, vt schismaticorum & hæreticorum ipsorum allisâ perfidiâ, ac confutatis & eradicatis erroribus eorumdem, Christiana fides vbique clariore luce resplendeat, & nomen Domini Dei tui puris & deuotis Catholicorum vocibus collaudetur, eosdem schismaticos & hæreticos, sub spe diuini auxilii & fauoris expugnare constanti proposito decreuisti: humiliter supplicans, vt ad tam pii tamque fauorabilis executionem operis tibi spiritualis fauoris præsidio assistentes, aduersùs illos Crucem, in cuius signo per virtutem eius, qui pependit in illâ, ipsius fidei hostes delere confidis, cum consuetis indulgentiis & remissionibus prædicari mandaremus, teque huiusmodi negotii Christiani, & populi proficiscentis ad promotionem illius, Capitaneum generalem constituere dignaremur. His

a | *b* | *c* | *d e animum inferendi bellū Rassensibus schismaticis:* | *& desiderium vt Cruce-signatis præfigatur Capitaneus generalis.*

His itaque, Princeps inclyte, per quæ Catholicorum Principum, ex quibus ducis originem, prioris ætatis gesta magnifica in memoriam redeunt, & eis adiicitur multæ gloriæ titulus, lætanter auditis, & lætantiùs intellectis; magnificauit anima nostra Dominum, & noster in Deo salutari nostro spiritus exultauit: apud eum deuotas preces & humiles effundentes, vt te in hoc feruore zeli, in hoc ardore spiritus, in hac sinceritate fidei per tempora longiora conseruans, gressus tuos dirigat, actiones informet, processibus faueat, viribus vires adiiciat, tibi de solio sancto suo mittat benignus auxilium, & de sede maiestatis eius opportunis te indesinenter fauoribus prosequatur: quatenùs in brachio potentiæ tuæ ac virtutis virgâ, infidelibus quibusque conuersis, & schismaticis & hæreticis prauitatis & errorum suorum abiuratis tenebris, sacrosancta Mater Ecclesia, toto terrarum orbe in Christi fundatoris Rectorisque sui glutino adunata, vna sit fides mentium, & pietas actionum. Votis igitur & petitionibus tuis in his de Fratrum nostrorum consilio gratanter annuimus, & huiusmodi verbum Crucis in eodem regno tuo & nonnullis partibus aliis (in conficiendis super hoc litteris exprimendis) sub certis modis, formis, & conditionibus concessimus proponendum. Eia ergo pugil Christi, athleta Domini, miles fidei Christianæ accingere gladio, tolle arcum & pharetram, sume arma in virtute illius, qui manus docet ad prælium, & digitos informat ad bellum, in virtute, inquam, eius, in conspectu cuius non est differentia, in multis liberare, vel in paucis, & qui belli victoriam fortitudinemque largitur, fidem ipsam impugnantes impugna, aufer opprobria ipsi tuo exprobrantium Redemptori. Et quamquàm teneamus indubiè, quod tu, qui in remotis infideles & schismaticos persecutus es hactenùs, & proponis persequi, vt præfertur,

Annuit votis & excitat:

eos in ipso regni tui gremio pati non debeas, quoniam reprehensibile esset tibi sustinere in propriis partibus quod in aliis execraris; vt tamen feruens in hoc propositum tuum nostris exhortationibus fortius accendamus, Serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè precantes, tibíque, tui honoris ac salutis intuitu, paternis & sanis consiliis suadentes, quatenùs prudenter attendens, quòd ignis, cuius longè positi vitatur incendium, periculosus in proximo est, & serpentis morsus & venena propinqui timenda sunt ampliùs quàm remoti, ante omnia pelle de *f* Bosnensibus & aliis dicti regni tui partibus hæreticam prauitatem. Morbus enim infectiuus est hæresis, & veluti serpens latenter inserpens, facilè inficit; simplices maximè, nisi prudentum studio & peritiâ confutetur.

vt è proprii regnis eiiciat schismaticos,

f

Ceterùm, quia Dei negotia, licet diuersa sint, ad vnum & eumdem finem & exitum, mercedis videlicet æternæ præmium, diriguntur; Nos attendentes ad huiusmodi negotia Dei feruentissimum zelum tuum, & reputantes diuinæ dispensationis munere procuratum, vt in Italiam in manu forti, hoc descendentes tempore, quo in eâ damnationis filij *g* Franciscus de Ordelaffis Foroliuensis ac Ioannes & Guillielmus de Manfredis Fauentini ciues, veluti hæretici sententialiter condemnati, ac nonnulli alii aduersùs Romanam Ecclesiam Matrem tuam, abiecto timore Domini, & deposito amore filiali, rebellionis calcaneum erexerunt; tibi præter onus, quod aggredi, vt præfertur, intendis, ad laudis & mercedis tuæ cumulum onus aliud, generalis videlicet Capitaneatus officium, aduersùs Franciscum, Ioannem, & Guilielmum eosdem, ac alios rebelles ipsius Ecclesiæ, qui sunt in omnibus terris ipsius Ecclesiæ in Italiâ constituti, de dictorum fratrum consilio, sub quibusdam modis & formis fiducialiter duximus impo-

& rebelles Ecclesiæ hostes in Italiâ antè debellet:

g

imponendum. Ad quod præter honorem & salutem tuam huiusmodi, illa etiam consideratio nos induxit, vt omni de terris eiusdem Ecclesiæ abiectâ tyrannide, ac rebellione repulsâ, in promotione assumpti operis maiora Christi fidelium sentias, iuuante Domino, auxilia & fauores. Et quoniam ratione oneris Capitaneatus ipsius, per nos tibi aduersus Franciscum & Guilielmum ac rebelles eosdem, vt præfertur, impositi, magna sumptuum opera habebis de necessitate subire; nos tibi, vt illa commodiùs perferas, cupientes de alicuius subuentionis auxilio prouidere, decimam Ecclesiasticorum reddituum dicti regni tui, vsque ad triennium tibi duximus liberaliter concedendum. Quæsumus itaque, ac huiusmodi precibus nostris instanter adiicimus, vt huiusmodi Capitaneatus officium aduersùs Franciscum, Ioannem & Guillielmum, ac alios rebelles eosdem acceptes, placidè, ac fauorabiliter prosequaris, & rebelles ipsos, cùm & de quibus per nos, seu Venerabilem fratrem nostrum Ægidium Episcopum Sabinensem Apostolicæ Sedis Legatum, fueris requisitus, potenter expugnes. Confidimus enim in potentiâ Domini, & de Beati Petri Apostolorum Principis, cuius caussam agimus, meritis & intercessione speramus; quòd citò rebellium ipsorum contumacia sub virtutis tuæ malleo conteretur, & elidetur omnino: & quòd eis ad gratiam & sinum Ecclesiæ ipsius reuocatis, idem Princeps Apostolici Ordinis, tui erit comes itineris, ac pro illius directione felici & salute tuâ efficax apud Dominum, & assiduus intercessor: super quibus præfati Episcopus & Electus tibi pro parte nostrâ loquentur pleniùs, quibus adhibere poteris plenam fidem. Datum apud Villam nouam Auinionensis Diœcesis tertio Idus Augusti, Pontificatus nostri anno quarto. i

decimas ad triennium concedit:

auxilium Cardinalis Albernotij addicit.

i

a Bonfinius

a *Bonfinius decade 2 Rerum Hungar. lib.* 10 *ad an.* 1351 *asserit*, Roxanos, quos Ruthenos appellant, *in Russiâ rubrâ* tertiò è manibus Lithuanorum à Ludouico Rege vindicatos. *Eodem anno Ludouicus à Polonorum Rege rogatus* Lithuanos *obtriuit*, *& bellum contra* Tartaros *suscepit. Hos* Lithuanos & Tartaros *coniungit Innocentius Papa apud Odoricum ad an.* 1354 *nu.* 25.

b *Misso Capellano suo Ioanne, indicarat Rex Innocentio Papæ votum & voluntatem suam, quâ regnum Russiæ ad fidem orthodoxam & Sanctæ Ecclesiæ obedientiam & reuerentiam debitam traducere desiderabat: cui Innocentius per litteras Apostolicas hanc voluntatem sibi gratam & acceptam significarat. Ita Ludouicus in regiis litteris* 8 *Iunij huius anni* 1356 *datis.*

c *Hinc è Russiâ per Hungariam ad Curiam Pontificiam rediisse colligimus, acceptis hisce à Rege mandatis.*

d *Rex in dictis litteris appellat* honorabilem virum, Dominum Stephanum, Vaudensis Ecclesiæ Præpositum, Capellanum suum fidelem & specialem, specialiter ad comparendum coram Domino Papâ *&c.* *Est* Vauda *Hungaris* Vatz, *etiam* Vaccia *dicta, vrbs Episcopalis, Austriaci turis ex fœdere, sed à Turcis fœde occupata, in superiori Hungariâ.*

e Zagabria *vrbs Sclauoniæ Hungaricæ, Academiâ hoc tempore celebris, vbi Rex litteras dictas signauit.*

f *Bosna à fluuio Bosnâ dicta duplex habitur, Ducalis, & Regalis. Caso anno* 1520 *Rege Hungariæ, cessit Turcis.*

g *Occuparant* Ordelaffus *Forum-liuium, Cesenam, & Forum-pompilium*; *at* Ioannes *&* Guilielmus de Manfredis *fratres Fauentiam & alia loca, propterea à Benedicto* XI, *Clemente* VI, *& Innocentio* VI *excommunicati. Consule Odoricum ad an.* 1352 *num.* 11, *&* 1355 *num.* 12, *vbi enormia Ordelaffi scelera enumerat.*

h *Hic est* Ægidius Albernotius *ex Archiepiscopo Toletano Cardinalis, qui Italiam penè totam pacauit, Cesenam eripuit Ordelaffo anno* 1357, *Forum-liuium anno* 1359.

quando Ordelaffus donatus est veniâ & Fori-pompilij præfecturâ. De Albernotio § 4 Commentarij praui egimus.

i *Pontifex missis encyclicis litteris, quas Odoricus recitat, indixit preces pro successu exercitus Regis contra Rassenses, & vt successorem regni ex vxore susciperet, additis Indulgentiis 40 dierum. Idem scriptis litteris ad Patriarchas Aquileiensem & Gradensem & Archiepiscopum Saltzburgensem, inhibuit auxilium præstari contra Regem Hungariæ: quas recitat VVaddingus.*

BVLLA IX

Mandatur Duci & Reip. Venetiarum, vt abstineant à fœdere cum Rassensibus.

Innocentius Episcopus ... Dilecto Filio Nobili Viro a Ioanni Gradonico Duci Venetiarum.

AD audientiam nostram peruenit, quòd tu & dilecti filij, Commune Venetiarum, cum Dei & fidei Catholicæ inimicis & hostibus, Rege aliisque Rassensibus schismaticis & hæreticis manifestis, confœderationem iniisti & ligam, illamque iuramentorum interpositionibus & pœnarum adiectionibus roborasti. Quòd licet attentâ sinceritate deuotionis & fidei, quam tu & dicti Commune semper ad Deum, qui eiusdem fidei actor est & caput, habuistis, credere facilè non possumus; tamen tuis & dictorum Communis super hoc famæ & saluti consulere paternâ solicitudine cupientes; & attendentes, quòd huiusmodi liga inter carissimum in Christum Filium nostrum Ludouicum Regem Hungariæ

Fœdus initum cum Rassensibus.

gariæ Illustrem, (qui Rassenses eosdem, ad extirpandum de partibus illis prauitatem hæreticam, fauente Domino, expugnare proponit) & te, inuicem dissidentes, ad quorum pacem procurandam enitimur, seminarium maioris dissidij esse posset; Nobilitatem tuam attentè requirimus & hortamur, illam attentè rogantes, tibique suadentes paternis consiliis, & tuæ salutis intuitu expressius iniungentes: quatenus ab omni auxilio, consilio, fauore ac adiutorio, hæreticis & schismaticis ipsis, occasione huiusmodi confœderationis seu ligæ, aut alterius cuiuslibet pactionis, quocumque titulo seu nomine censeatur, præstando, prorsus abstineas, & subditos tuos omnino compescas. Nos enim ligam, confœderationem, & quascumque pactiones aliàs inter te, seu prædecessores tuos Duces Venetiarum, & dictos Commune initas, factas & habitas, cassamus & irritamus, & nullius esse decernimus roboris vel momenti, pœnas & iuramenta huiusmodi relaxantes. Ceterùm huiusmodi precibus nostris adiicimus, vt ea, quæ Venerabilis Frater noster PETRVS Episcopus Pactensis, Apostolicæ Sedis Nuntius, lator præsentium, tibi super hoc pro parte nostrâ retulerit, credas indubiè, illaque ad effectum votiuæ consummationis adducas. Datum apud Villam nouam Auinionensis Diœcesis decimosexto Kalendas Augusti anno quarto.

obfuturum paci cùm Rege Hungaria,

irritum declarat Pontifex.

a *Mortuus is est 28 Augusti post has datas 33 diebus.*

R 2 BVLLA

BVLLA X

Hortatur Regem Hungariæ, vt pacem ineat cum Duce Venetiarum.

Innocentius Episcopus... Carissimo in Christo Filio Ludouico Regi Hungariæ illustri.

DIscordia, quam inter te & dilectum filium, Nobilem Virum, Ducem Venetiarum, pacis æmulus, peccatis exigentibus, suscitauit, eò nobis est, nec indignè, molestior, quò Dei negotiis, ad quorum promotionem sicut Princeps Catholicus feruenter aspiras, contraria potiùs redditur & nociua. Et ideò illam viis & modis omnibus succidere cupientes, dilecto Filio Stephano Electo Zagrabiensi, Nuntio tuo apud Sedem Apostolicam constituto, locuti fuimus super illâ, ipseque nobis placidè plurimùm grateque respondit: quòd tu, sicut pacis amicus, & confisus de iustitiâ caussæ tuæ, paratus eras omnem discordiæ caussam, quam cum Duce habes eodem, in manibus nostris liberè ponere, & insuper *a* gentes bellicas, quas aduersus eum congregasti, effectualiter remouere. Super quo Serenitatem tuam meritis gratiarum actionibus prosequentes, & ex obligatione vberi vberiorem consequi indubiè sperantes effectum, memorato Duci per alias nostras litteras scribimus, super hoc sicut vidimus negotio conuenire. Quapropter Serenitatem eamdem instanter & affectuosè precamur, fiducialiter expetentes, quatenùs liberalem & gratam oblationem

Laudatur Rex.

paratus ad pacem faciendam,

a

oblationem huiusmodi, sicut de tuâ filiatione plenè confidimus, velis affectu grato & placido liberaliter adimplere. Speramus enim, quòd Omnipotens Dominus, pacis auctor, periculis, quæ ex discordiâ ipsâ imminent populo Christiano, interuentu pacis amabilis finem imponet optatum. Super quo vt affectionis nostræ plenitudinem percipias, clariùs Venerabili Fratri nostro PETRO Episcopo Pactensi, & eidem Electo imposuimus aliqua, tuo Culmini pro parte nostrâ per eos oretenùs exponenda. Et ideò precibus nostris adiicimus, vt relatibus Episcopi & Electi prædictorum in præmissis adhibeas plenam fidem. Datum apud Villam nouam Auinionensis Diœcesis tertio Idus Augusti, anno quarto.

ea committitur B. Petro.

a *Obsidebat is tum Taruisium vrbem.*

B V L L A XI

Hortatur Ducem Venetiarum, vt pacem ineat cum Rege Hungariæ.

Innocentius Episcopus ... Dilecto Filio Nobili Viro Ioanni Gradonico Duci Venetiarum.

SIcut per litteras nostras & Venerabilem Fratrem nostrum *a* Bonioannem Episcopum Firmanum, *a* Apostolicæ Sedis Nuntium, significauimus tibi nuper, discordia, quam inter carissimum in Christo Filium nostrum Ludouicum Hungariæ Regem Illustrem, & te, pacis æmulus suscitauit, molesta nobis est admodùm, & eò tædiosior redditur, quò Dei negotiis,

Vt pax cum Rege Hungaria

gotiis, præsertim partium Orientis amplius est nociua. Ad succidendum itaque illam, vias & modos solicitè perquirentes, à quibusdam Nuntiis dicti Regis apud Sedem Apostolicam constitutis nuper audiuimus, quòd idem Rex paratus est in manibus nostris ponere liberè omnem, quæ inter eum & te vertitur, quæstionem, & omnem, quem super terras tuas tenet, exercitum remouere. Quapropter Nobilitatem tuam attentè requirimus & hortamur, illam attentiùs deprecantes, ac tibi tuæ salutis intuitu expressiùs iniungentes, quatenùs ipsius Regis in hac parte considerans voluntatem, viam pacis & concordiæ non refugias, sed acceptes: nosti enim quòd guerrarum prosecutio, præter sumptuum onera, tristes vt plurimùm exitus parere consueuit, cùm nunc illum ferrum perimat, nunc gladius hunc absumat, & nunc subducat alius illum casus. Super quo, quia, sicut discretio tua nouit, in talibus est periculosa dilatio, intentionem tuam nobis cum celeritate rescribas, crediturus iis, quæ Venerabilis Frater noster PETRVS Episcopus Pactensis, Apostolicæ Sedis Nuntius, lator præsentium, tibi pro parte nostrâ retulerit in præmissis. Datum apud Villam nouam Auinionensis Diœcesis, quarto Idus Augusti, anno quarto.

eam admittente, concludatur,

mittitur B. Petrus.

a *Fuerat Bonioannes antè Bosnensis sub ditione Regis Hungariæ Episcopus, ad Ecclesiam Firmanam in Piceno translatus anno* 1346.

BVLLA

BVLLA XII

Inuitat Imperatorem Palæologum ad veram cum Ecclesiâ Latinâ concordiam.

Innocentius Episcopus... Magnifico Principi Ioanni Palæologo Imperatori Græcorum Illustri.

VEnerabilis Frater noster Paulus Archiepiscopus Smyrnensis, & nobilis Vir Nicolaus Sigeros, Megateriarchi & Apocrisarij Magnitudinis tuæ, ad Sedem Apostolicam venientes, quasdam clausas, per quas eorum adhiberi fidem relatibus petiisti, & quasdam alias patentes litteras tuas, aureâ bullâ tuâ & Imperialis manus subscriptione munitas, nobis tuo nomine obtulerunt, inter cetera continentes, quòd tu, vt litterarum ipsarum verbis vtamur, iuraueras, tactis per te sacrosanctis Scripturis ad sancta Dei Euangelia, per Sanctam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum verum Deum & tres personas, & per Iesum Christum Deum & Saluatorem nostrum, & per Virginem Dei Genitricem Mariam, ac per sanctam & viuificantem Crucem Christi, ac per Apostolos aliosque Sanctos, ac eidem insuper Archiepiscopo, nomine ac vice nostris recipienti, promiseras; quòd absque dolo, fraude, ac defectu, toto posse, ac omnibus viribus tuis, & cuncto conatu esse fidelis, obediens, reuerens, & deuotus nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus: & quòd reciperes Legatos & Nuntios nostros & eorum cum omni reuerentiâ & deuotione,

Ob intellectam ex litteris Imperatoris voluntatem amplectendi fidem Catholicã,

ne, ac faceres toto posse, totoque conatu tuo, quò omnes populi sub tuo Imperio consistentes, & tuæ iurisdictioni subiecti, siue essent laici siue Clerici, cuiuscumque conditionis & status aut dignitatis existerent, essent fideles, obedientes, reuerentes & deuoti nobis & successoribus nostris antefatis. Hæc, Princeps inclyte, tuæ conuersionis initia, hæc deuotionis primordia, hæc firma fidei fundamenta, huiusmodi litteræ tuæ, vt præmittitur, continebant. Hæc iidem Apocrisarij viuæ vocis ministerio, clarius & seriosius reserarunt: humiliter supplicantes, vt tibi, velut de regione dissimilitudinis venienti, effunderemus benedictionis Apostolicæ gratiam, panderemus paternæ dulcedinis gremium, & aduersus insultus & impugnationes hostiles Turcarum, infidelium ac rebellium dictorum audaciam, auxilij dexteram salutaris extendere dignaremur.

In quorum lectione melliflua, & placito auditu verborum, tanto nos & Fratres nostri S.R.E. Cardinales, aliique Prælati exultauimus gaudio, tantâ fuimus respersi lætitiâ, tantâque iucunditate perfusi, quanta vix intellectus capere sufficit, vix humana potest lingua narrare. Exultauimus siquidem in tuo diu desiderato & expectato reditu ad ipsius Ecclesiæ vnitatem: exultauimus in conuersione numerosæ multitudinis, quam præstante Deo, & cooperante te, absque dubitatione speramus: exultauimus, quòd malignus hostis, superatis fraudibus eius, elusis artibus, & vinculis dissolutis, ingemiscit, & plangit plebis, quæ sub ipsius anteà tyrannide fuerat, libertatem, & animarum millia, quæ gehennæ flammis crucianda immaniter expectabat, sentit & videt paradisi gaudiis inferenda. Sed licet Nobis & vniuersis, qui Christianâ professione censentur, vna sit lætandi communis ratio, tibi tamen principalis est caussa gaudendi, tibi exulta-

exultat Papa,

& gaudendum magis Imperatori rescribit:

tionis (materia singularis, tibi iubilationis occasio potior, tibi gloriæ principatus. Tu enim principij princeps: tu minister huius ministerij salutaris: tu huiusmodi opifex operis: tu promotor, tu populorum dux & director errantium: tu auriga, tu currus: tu illuminatus ab eo, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, lucernam in te fidei & veritatis accensam sic super candelabrum altiùs ponere satagis, vt non solùm tibi, sed habitantibus in regione vmbræ mortis luceat ad salutem. Tu terreni regni gubernacula sic studes secundùm beneplacita illius, à quo tibi concessa sunt, moderare, vt nationes, quæ imperio tuo subsunt, temporaliter iustè regens, & spiritualiter ea dirigens, eorum deliramenta, quibus hactenùs peccatis exigentibus oculi eorum, ne lumen veritatis agnoscerent, tenebantur, pio laboras abiicere studio ab eisdem. Hæc sunt, quæ regnantium sceptra clarificant: hæc principantium culmina erigunt: hæc imperia roborant: hæc regna confirmant: hæc certè Catholicorum Principum fides exigit, hæc requirit. Fides enim est, quâ in Principe pulchrius nil refulget: fides est, quæ iustificat impios, quæ de impiis efficit sanctos: fides est, extra quam nulli est gratia, nulli salus: quæ cùm vna & indiuisibilis sit, quisquis ab eâ diuisus est, abscissus est à salute.

Age itaque & considerans, quòd, si bonum opus in intentione fuerit, erit in perfectione, quod laudabile prosequaris, & ad finem vsque perducas optatum. Considera, quòd, si gaudium est Dei Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, quantis curia illa cælestis perstrepet gaudiis: quantis beata illa supernorum ciuium agmina laudum præconiis exultabunt in pœnitentiâ & conuersione tam innumerabilium populorum. Persta, satage & labora, vt ille, cuius perfecta sunt opera, perficiat benignus per te,

adhortatur ad constantiam:

te, quod per te dedit pius & misericors inchoare: vnaquæque enim res denominatur ab exitu: &, sicut ciuilis sapientia clamitat, nihil actum videtur existere, cum superest aliquid ad agendum: ac iuxta Euangelicam veritatem, non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Vt ergo exitus acta probet, & nihil superesse penitus videatur, opere feliciter consummato, ac vsque ad finem constantius perseuerans, salutis æternæ mercedem percipere merearis; insta, iuxta doctrinam Apostoli, non solùm opportunè, si sufficit, sed etiam si expedit importunè. Tunc enim lætâ tibi & festiuâ celebritate præfata occurret Ecclesia, in adiutorium tuum intendet solicita supplicationibus apud Deum: tunc tibi spiritualibus auxiliis aderit: tunc Principum Christianorum præsidia in tuum subsidium implorabit, vt eorumdem infidelium persecutione sublatâ, ac rebellium tuorum humiliatâ ceruice, tibi & eisdem populis tuis hìc pacis & quietis arrideat plenitudo, & in futuro cum Sanctis & electis Dei gloria pręstetur ęterna.

Matt.10. 22.

2 Tim.4.2

Ceterùm vt nostra tibi super his affectio certiùs & pleniùs pateat, & quod scriptura nequit compendiosa comprehendere, suppleat homo viuus; Venerabiles Fratres nostros PETRVM Pactensem, & Gulielmum Sisopolitensem Episcopos, Apostolicę Sedis Nuntios, latores pręsentium, viros vtique pauperes spiritu, sed insignes virtute, & in lege Domini pleniùs eruditos; ad te ac partes ipsas prouidimus destinandos. Et ideò Serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè rogantes, tibique tuę salutis intuitu iniungentes, quatenus eosdem Nuntios, pro nostrâ & dictę Sedis reuerentiâ, benignè recipias, & eorum & cuiuslibet eorum salutaribus monitis, sicut speramus & credimus, acquiescas. Datum apud Villam nouam Auinionensis Diœcesis duodecimo Kalendas Augusti anno quarto. *a*

Nuntios suos commendat.

a Respon-

a *Responsum Imperatoris insertum est Vitæ suprà cap. 5. vbi auxilium implorat contra Turcas.*

BVLLA XIII

Eamdē concordiam suadet Patriarchæ CP.

Innocentius Episcopus ... Patriarchæ Græcorum.

AGimus Omnipotenti Deo grātes & gratias, quòd ipse magnifico Principi Ioanni Palæologo, Imperatori Græcorum Illustri, pietatis suæ dono salutis spiritum inspirauit, & sic mentis suæ tenebras suæ visitationis gratiâ illustrauit; quòd Imperator idem schismate ac erroribus, quibus anteà tenebatur implicitus, abiuratis, ad sanctæ Romanæ, Catholicæ, atque Apostolicæ, & vniuersalis Ecclesiæ gremium, ac ad vnam & indiuisibilem fidem eiusdem Ecclesiæ, extra quam teste Apostolo, nulli est gratia, nulli salus, vsus consilio meliore, conuersus, Ecclesiam ipsam suam & vniuersorum Christi fidelium dominam, & per regenerationis lauacrum matrem, firmiter & simpliciter recognouit. In quo quanto exultauimus gaudio, quantâ fuerimus lætitiâ & iucunditate perfusi, difficile posset humana lingua narrare. Sed illud nobis ad lætitiæ cumulum potioris accreuit, quòd te, cuius in omnibus idem Imperator, sicut fertur, consilio regitur, principalem salutaris huiusmodi credimus operis promototem; quamquàm scribentibus nobis super hoc multis Latinis & Græcis ad gaudium, a nulla nobis littera tua fuerit præsentata: quod vel incuriâ nuntiorum, aut ex aliquo casu fortuito, non ex proposito credimus

Ob Regis conuersionem gaudet Papa.

Hebr. 11. 6.

Patriarcha cooperationem implorat:

a

mus contigisse. Vt ergo fidei & credulitati nostræ testis accedat exhibitio operis & probatio veritatis; discretionem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè rogantes, tibique tuæ salutis intuitu expressius iniungentes; quatenus prudenter considerans, quantis illa supernorum ciuium agmina gaudiis exultabunt in tuâ & ipsius Imperatoris, ac numerosæ multitudinis Græcorum conuersione, quam, Deo propitio, consequi credimus & speramus, quando Dei Angelis super vno peccatore agente pœnitentiam, maius, quàm supra nonaginta nouem iustis, qui non egent pœnitentiâ, esse gaudium, Euangelica veritas attestatur; huiusmodi salutare opus, præstante Deo, feliciter inchoatum vsque ad ipsius felicem exitum, quod pius & misericors dignetur ipse concedere, operosis & efficacibus assiduè studiis prosequaris. Nosti enim, quòd non qui incepit, sed qui perseuerauerit, saluus erit: nec ignoras, quòd si in intentione fuerit bonum opus, erit etiam in perfectione cum adiutorio Dei, cuius opera sunt perfecta. Cuiusmodi perfectionem operis inter omnia desiderabilia mundi huiusmodi vehementissimè cupientes, Venerabiles Fratres nostros Petrum Pactensem & Gulielmum Sisopolitanum Episcopos, Apostolicæ Sedis Nuntios, latores præsentium, viros quidem pauperes spiritu, & virtutibus multis insignes, ad te ac Imperatorem ipsum, ac partes ipsas, sub spe diuini auxilij & fauoris prouidimus destinandos, precibus & adhortationibus nostris huiusmodi adiungentes, vt eos benignè recipias, informes consiliis, & auxiliis foueas opportunis. Ita quòd ex messe, quæ multa est, præstante Domino messis, & cooperante te etiam, manipulos plurimos ad aream deferre Domini feliciter valeamus. Datum apud Villam nouã Auinionensis Diœcesis decimo quinto Kalendas Septembris, anno quarto.

Luc. 15. 10.

Commẽdat Nuntios.

a *Pertina-*

a *Pertinacem in hæresi permansisse Patriarcham clàm innuit Imperator in citato antè responso, cùm eum deponendum addicat.*

B V L L A XIV

Indicatur Catalusio Apostolicos Nuntios mitti ad Imperatorem,

Innocentius Episcopus ... Dilecto filio nobili Viro Francisco a Gatteluxio, Domino Insulæ Metellini.

PEr litteras tuas, quas paternâ benignitate recepimus, intimasti nobis, quòd inspirante Deo, & cooperante te, Magnificus Princeps Ioannes Palæologus, Imperator Græcorum Illustris, vnà cum subiecto ei populo abiurare schisma, quo fuerunt ab vnitate sanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ alieni, & ad huiusmodi vnitatem redire Ecclesiæ proponebant. Super quo ingenti lætitiâ & exultatione perfusi, ad perficiendum bonum huiusmodi, quod diuina dedit inspiratio, per tuum, & aliorum Catholicorum ministerium inchoari, Venerabiles Fratres nostros PETRVM Pactensem & Gulielmum Sisopolitanum Episcopos, Apostolicæ Sedis Nuntios, latores præsentium, viros quidem pauperes spiritu, sed locupletes multis virtutibus, prouidimus destinandos. Et ideò nobilitatem tuam attentè rogamus, quatenùs eosdem Nuntios pro reuerentiâ Dei, cuius gerunt negotium, & nostræ intercessionis obtentu, ac tuæ insuper salutis suscipias propensiùs commendatos, ipsosque informes consiliis & auxiliis atque fauoribus

fauoribus prosequaris ita, quòd tibi & aliis ædifices ad meritum & salutem. Datum vt suprà.

a *Aliis* Franciscus Catalusius Genuensis, *cuius operâ quia Palæologus Imperium recuperarat, sororem huius vxorem accepit cum insulâ Lesbo, siue Mytilene, vulgò Metellino, quem ipsi ac successoribus iure fiduciario datam esse, ex Villano, Bizaro aliisq; scribit Odoricus ad an.*1355 *num.*32.

BVLLA XV.

Transfertur S. Petrus ab Ecclesiâ Pactensi ad Coronensem.

Innocentius Episcopus. Venerabili Fratri PETRO Episcopo *a* Coronensi.

CReditæ nobis dispensationis vrgemur officio, vt, qui dispensatione diuinâ cunctis Ecclesiis potestatis plenitudine præsumus, singularum vtilitatibus, cum possumus, sic prospiciamus soliciti, sic vigilanter & salubriter intendamus, vt per nostræ attentionis instantiam, nunc per simplicis prouisionis officium, quandoque verò per ministerium translationis accommodæ, prout personarum, locorum & temporum qualitas exigit, & ipsarum Ecclesiarum vtilitas persuadet, Ecclesiis singulis Pastor accedat idoneus, & Rector prouidus deputetur: vt Ecclesiæ ipsæ, superni fauoris auxilio suffragante, votiuæ prosperitatis successibus gratulentur. Ecclesiâ siquidem Coronensi ex eo apud Sedem Apostolicam vacante,

cante, quòd nos hodie Venerabilem Fratrem b Ludouicum, Episcopum olim Coronensem, in Patriarcham Aquileiensem Electum, apud Sedem constitutum eamdem, à vinculo, quo eidem Ecclesiæ Coronensi, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes, ipsum ad Ecclesiam Aquileiensem tunc vacantem Apostolicâ auctoritate transtulimus, ac eidem Aquileiensi Ecclesiæ in Patriarcham præfecimus & Pastorem. Nos ad prouisionem ipsius Ecclesiæ Coronensi celerem & felicem, ne longæ vacationis detrimenta subiret, paternis & solicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem Coronensi Ecclesiæ talem præsidere personam, quæ sciret, vellet, & posset eam præseruare à noxiis & aduersis, ac in suis manutenere iuribus, & etiam adaugere, post deliberationem, quam super his cum fratribus nostris prædictis habuimus diligentem, demum ad te tunc Episcopum Pactensem, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Diuina gratia multipliciter insigniuit; & quòd tu, qui præfatæ Ecclesiæ Pactensi hactenus laudabiliter præfuisti, dictam Coronensem Ecclesiam scies & poteris auctore Deo vtiliter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos nostræ mentis. Intendentes itaque tam eidem Coronensi Ecclesiæ, quàm gregi dominico eiusdem salubriter & vtiliter prouidere, te à vinculo, quo tenebaris præfatæ Pactensis Ecclesiæ, cui nunc præeras, de fratrum prædictorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes, te ad præfatam Ecclesiam Coronensem transferimus, teque illi præficimus in Episcopum & Pastorem; curam & administrationem ipsius Ecclesiæ Coronensis tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, liberamque tibi dando licentiam ad dictam Coronensem Ecclesiam transeundi; in illo, qui dat gratias & largitur

b Ludouico ex Episcopo Coronensi creato Patriarchâ Aquileiensi.

constituitur S. Petrus ob eximiam virtutem Episcopus Coronensis.

largitur præmia, confidentes. quòd dextera Domini tibi assistente propriâ, ipsa Coronensis Ecclesia per tuæ industriæ ac circumspectionis fructuosum studium regetur vtiliter, & prosperè dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad præfatam Coronensem Ecclesiam cum gratiâ nostræ benedictionis accedens, eius solicitam curam geras, gregem dominicum in illâ tibi commissum doctrinâ verbi & operis informando. Ita quòd dicta Ecclesia Coronensis gubernatori circumspecto & fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latiùs diffundatur, & præter æternæ retributionis præmium nostræ beneuolentiæ gratiam valeas proinde vberiùs promereri. Datum Auinioni VI. Idus Maij anno VII.

a Corona *vrbs antiqua, eodem etiamnum nomine appellata, in Messeniâ Peloponnesi prouinciâ, vnde Messeniacus sinus nunc* Golfo di Coron *dicitur.*

b Ludouicus Turrianus, *nobilis Mediolanensis, ex quâ familiâ fuerant antè Patriarchæ Aquileienses* Raymundus, Cassonus *&* Paganus. *Mortuus est* Ludouicus *anno* 1364.

BVLLA XVI.

Instituitur S. Petrus Legatus Apostolicus in amplissimis prouinciis.

Innocentius Episcopus... Venerabili Fratri Petro Episcopo Coronensi, Apostolicæ Sedis Legato.

ANgit nos cura propensior, & solicitudo sedula nos impulsat, vt super vniuersum gregem Dominicum

nicum Pastores, quamquam immeriti, disponente Domino constituti, ad illos maximè ex grege ipso, qui longè sepositi patiuntur aduersa, nostræ vigilantiæ studium diligentiùs extendamus: & quia vbilibet, repugnante naturâ, personaliter esse non possumus; illius exemplo, qui de cælo ad ima descendens, per vniuersum mundum discipulos suos misit, in partem nobiscum solicitudinis euocatos; vt vices nostras suppleant, destinemus. Dudum siquidem anxiè cogitantes insultus acerrimos, grauiumque persecutionum angustias, & damna maxima, quibus Turcarum infidelium furor immanis fidelium Christianorum populos, eorumque terras & loca, præcipuè Romaniæ, ciuitatisque Smyrnarum, vt illa suæ potestati subiiceret, diu afflixerat, & quotidie crudeliùs affligebat: vt ipsorum infidelium obsisteretur insultibus, & fidelibus opportuna remedia pararentur; frequenter idoneos Nuntios nostros ad partes illas duximus, ibique Legatum constituimus, suffragia multa præstitimus, aliosque fideles ad illa præstandum induximus diligenter, & nonnullos alios in prædictos labores pertulimus: & quantum nobis possibile fuit, opem & operam adhibuimus diligentem. Sed licet huiusmodi nostra dictorumque fidelium studia & opera fructuosa felicem satis, auctore Domino, Nuntiisque, progressum habuerint: quia tamen dictorum Turcarum sæua rabies non tepescit, sed tam ipsi, quàm alii plurimi infideles atque schismatici partium earumdem, ad extinctionem Christiani nominis, & depressionem Catholicæ fidei, magis magisque quotidie satagentes, fideles ipsos, & eorum terras & loca continuis inuasionibus atque damnis & afflictionibus persequuntur; & non solùm partes ipsas, sed etiam Patriarchatum Constantinopolitanum, & eius prouincias, in quibus Christianæ religionis nomen vi-

Vt Turcis obsistatur,

Legatus Sedis Apostolicæ constituitur,

in Patriarchatu Cōstantinopolitano,

get, inuadunt immaniter, & percurrunt; Nos cupientes malis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, obuiare, ac ipsorum fidelium quieti salubriter prouidere, inter alia nonnulla remedia, quæ cum multis & magnis tam spiritualibus, quàm in temporalibus auxiliis præfatis negotiis de nouo duximus adhibenda: ad te, qui vir timoratus & prouidus, & in lege Domini ipsâque fide Catholicâ admodùm eruditus, ac frequenter in arduis, & præsertim in illis partibus, comprobatus, clarus scientiâ, plenusque multis virtutibus prædicaris; nostræ considerationis intuitum conuertentes, deliberatione super hoc cum Fratribus nostris præhabitâ diligenti, tibi in eisdem *a* Patriarchatu Constantinopolitano, & regno Cypri, & in Cretensi, Smynarum, *b* Patracensi, Athenienſi, Thebano, Corinthiensi, *c* Colocensi, Nixiensi, *d* Corphiensi, *e* Duraciensi, *f* Neopacensi, & *g* Neopatriæ Archiepiscopatibus, & eorum dictique Patriarchatus prouinciis, pro subsidio fidelium & partium earumdem, omnem alium Legatum per nos in partibus illis deputatum reuocantes, plenæ legationis officium auctoritate Apostolicâ, de dictorum fratrum consilio committimus per præsentes: vt ibidem auctore Domino recta regens, & dirigens in directa, & aspera conuertens in plana, sicut diligens cultor euellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes, quæ pro negotiorum huiusmodi ac morum, & Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum regni, Patriarchatus, ac prouinciarum, & partium prædictarum reformatione & statu, ac aliàs ad Legati officium pertinent, & sicut Dominus ministrabit. Nos enim, vt ipsius legationis officium eò vtiliùs exequi valeas, quò maiori fueris auctoritate munitus; præsentium tibi auctoritate concedimus, vt in Patriarchatu, ac regno, Archiepiscopatibus & prouinciis supradictis, super huiusmodi vniuersis & singulis

a *b* *c* *d e f g* *variis ditionibus & Archiepiscopatibus,*

cum plenâ facultate quælibet faciendi,

ſingulis aliis negotiis, de quibus expedire videris, agere, diſponere, ſtatuere, ordinare, & præcipere, inter Reges & Principes, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares in eiſdem partibus conſiſtentes, ad vtilitatem, commoditatem, & effectum negotiorum ipſorum, *h* ligas & confœderationes, ſocietates ſeu vniones componere, ſtatuere, ordinare, & firmare, & per te, vel alium, ſeu alios, quacumque auctoritate factas, initas, tractatas, ſeu firmatas approbare & executioni mandare ac mandari facere; & inter diſſidentes ſeu diſcordes pacem & concordiam reformare, *i* treguaſque ſeu inducias inire & firmare, ac reformatas, initas & firmatas obſeruari facere; nec non contradictores & rebelles, cuiuſcumque dignitatis & ſtatus vel conditionis exiſtant, etiamſi Epiſcopali vel maiori præfulgeant dignitate, auctoritate noſtrâ per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compellere valeas; Fraternitati tuæ plenam & liberam tenore præſentium concedimus poteſtatem: Non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quibuſuis perſonis vel locis aut Ordinibus ab Apoſtolicâ Sede conceſſis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſertâ, huiuſmodi tuæ legationis & poteſtatis officium poſſet quomodolibet impediri, aut etiam retardari. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim à dictâ ſit Sede indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, aut ipſi, vel eorum ciuitates, caſtra, villæ, & loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Quocirca Fraternitatem tuam rogamus & hortamur attentè: per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, ac in remiſſionem peccaminum iniungentes, quatenùs de diuinâ gratiâ & Apoſtolico fauore confiſus, onus tam ſalubris negotij deuotâ mente, &

h

i & infligendi cenſuras Eccleſiaſticas

te, & animo suscipiens reuerenti, te in executione legationis huiusmodi taliter verbo & opere reddas, quòd ad Redemptoris nostri laudem, salutemque fidelium eorumdem præfata negotia felicem, Deo propitio & te promouente, consequantur effectum. Datum Auinione v Idus Maij anno septimo.

a *Illustris hic locus est si conferatur cum Notitiis antiquis Patriarchatuum & Episcopatuum, ac potissimum illâ quam ex Bibliothecâ Regis Francorum post Geographiam sacram edidit Carolus à S. Paulo Episcopus Abrincensis, vbi, pag. 77 referuntur hic indicati Archiepiscopatus, qui ferè tunc erant sub Patriarchâ Constantinopolitano Latinorum, qualis dein* S. Thomasius *constitutus est.*

b Patracensis, *seu* Veterum Patrarum, *vrbis martyrio S. Andreæ nobilis, cui suberant Episcopi 6,* Atheniensi 8, Thebano 3, Corinthiaco 2. *Nomen* Atheniensis *deerat in dicto MS. Regio, hinc supplendum apud Episc. Abrincensem. Fuerunt* Athenæ *à Turcis captæ anno* 1455.

c Colocensis *in insulâ Rhodo.* Nixiensis *in Archipelago, vbi magna insula, olim Naxos, dein Nicsia, sub Ducibus olim Venetis, Turcis nunc ambæ subsunt.*

d Corphiensis *in mari Ioniâ, vbi insula Venetorum* Corcyra, *vulgò* Corfu.

e Duraciensis *in Albaniâ, vbi* Dyrrachium *tunc sub propriis Principibus, nunc Turcis.*

f Neopacensis, *seu* Naupactensis, *ad sinum Corinthiacum, quem Itali ab hac vrbe* Lepante *dictâ appellant* Golfo de Lepante. *Vrbs à Turcis anno* 1499 *intercepta.*

g Neopatrensis *sub se habebat Lanacensem seu Ianacensem Episcopatum, constituitur inter Larissenam & Thebanum Archiepiscopatus.*

Liga. h Liga, *conspiratio ex fœdere inito, à ligando, sic* fœdus ligare *&* inligare, *&* ligam inire *dixerunt.*

Treugæ. i Treugæ, *induciæ, seu fides temporaria hosti data. Germanis*

manis treuvve *fides, hinc cùm Latinis etiam Græci* τρὶ βα *& τρεύα dixerunt.*

BVLLA XVII

Monentur S. Petrus & Archiepiſcopi, vt exercitum Cruce ſignatorum contra Turcas conſcribant.

Innocentius Epiſcopus. Venerabilibus fratribus PETRO Epiſcopo Coronenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, nec non Patriarchæ Conſtantinopolitano, ac *a* Nicoſienſi, Cretenſi, Smyrnarum, Patracenſi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Colocenſi, Nixienſi, Corphienſi, Duracenſi, Neopacenſi, & Neopatriæ Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis ſalutem.

INſurgentibus contra fidem Catholicam, & religionem deprimere molientibus Chriſtianam, eâ virtute, illâque, conſtantiâ eſt à fidelibus reſiſtendum; vt fideles ipſi Orthodoxæ fidei ardore ſuccenſi, virtutibuſque pro poſſe ſuccincti, deteſtandum illorum propoſitum obice contrariæ intentionis impediant, & roboris oppoſitione conatus iniquos prohibeant eorumdem; ſicque mentis & corporis armaturâ muniti, & directi lumine fidei, inſurgentes eoſ- *Vt infringatur potentia Turcarum,*

 dem.

dem speciali carentes munimine, & infidelitatis tenebris obcæcatos, Deo, cui militant, ipsis assistente prosternant. Dudum siquidem ... *b* infideles & schismatici ad ipsorum & eorum terras & loca continuis inuasionibus atque damnis & afflictionibus persequuntur: & non solùm partes ipsas, sed etiam Patriarchatum Constantinopolitanum, eiusque prouincias, in quibus Christiani nominis fauor viget, inuadunt vnanimiter & percurrunt: Christianos ipsos in ore gladij inhumaniter trucidant, aliosque velut animalia bruta vendunt, eosque in feram seruitutem redactos, præfatam fidem abnegare compellunt: & sacratissimam Crucem, mortem Redemptoris nostri Iesu Christi, ac salutem humani generis indicantem, lacerant & confringunt, pedibusque conculcant: Ecclesias & Ecclesiastica loca, alias terras & villas, quas pro se tenere & custodire non possunt, ignis incendio concremant, cunctaque depopulantur & vastant: & in tantum eorum inualuit & inualescit audacia, quòd, nisi per Christi fideles sub spe diuinæ potentiæ viriliter obsistatur eisdem, pestifer ignis ipse semper vlterius excandescens, singulas partes ipsas, proh dolor! dissipabit.

constitutus S. Petrus Legatus Apostolicus, c d

Propter quod nos nuper cupientes periculis & malis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, obuiare, ac ipsorum quieti fidelium salubriter prouidere, te, Fr. Episcope Coronensis, Legatum, & dilectum filium Nicolaum Benedicti, Præceptorem domus *c* Venusinæ Hospitalis *d* S. Ioannis Ierosolymitani, in dictâ ciuitate Smyrnarum Vicarium & Capitaneum, cum certis galeis sub nostro & ipsius Romanæ Ecclesiæ nomine & vexillo tenendis, de nouo ad partes ipsas, vt ibidem ipsorum fidelium populorum & partium salutem, fideique negotium vtiliter prosequantur, de fratrum nostrorum consilio duximus destinandos: & nonnulla alia subsidia, prout malorum

rum dierum conditio,& alia eidem Ecclesiæ incumbentia, in aliis diuersis mundi partibus onera patiuntur, duximus eroganda. Per quæ, quamdiu in eo, cuius res agitur, speremus indubiè, quòd negotia ipsa ad ipsius Domini nostri suique sacri nominis laudem & gloriam, ipsiusque Catholicæ fidei & professorum ipsius defensionem & exaltationem feliciter debeant prosperari; pro feliciori tamen prosecutione negotiorum ipsorum, quæ longè maioris subuentionis auxiliis indigere noscuntur, & fidelium aliorum opportuna & caritatiua subsidia instanter implorant, fideles ipsos ad id quibusdam spiritualibus munificentiis, indulgentiis videlicet & remissionibus prouidimus inuitandos. Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus & committimus, quatenùs statum miserabilem Christianorum dictarum partium attendentes, tamquàm præcones fideles & fortes athletæ fidei contra infideles eosdem, tu videlicet frater Episcope, in omnibus decretis legationis tuæ partibus & prouinciis, singuli verò vestrûm fratres, Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi, in singulis vestris ciuitatibus & diœcesibus, per vos & alias personas Ecclesiasticas, seculares & regulares, quorumcumque ordinum, quas ad hoc idoneas fore noueritis, Christi fidelibus, iuxta datam vobis & eis à Deo prudentiam, proponatis publicè verbum Crucis: & venerabile signum eius, quibusuis fidelibus illud suscipere deuotè volentibus concedatis, ipsorumque humeris imponatis: fideles eosdem, quos ad audiendum propositionem ipsam, quoties expedierit, ad loca idonea conuocare possitis, solicitis exhortationibus & opportunis instantiis inducentes, vt ipsi suscipientes cum reuerentiâ signum Crucis, ipsumque suis cordibus imponentes, contra infidelium prædictorum perfidiam insurgant viriliter, & negotium ipsum feruenter assumant, & feruentius

Pontifex petit exercitum Cruce-signatorum conscribi.

uentius prosequantur. Et vt ipsi fideles tantò libentiùs præmissa prosequi studeant, quantò ex suis laboribus potiorem gratiam se nouerint percepturos: Nos de Omnipotentis Dei misericordiâ, & B. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, & illâ, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque soluendi contulit potestatem, eisdem fidelibus, qui cum galeis & aliis lignis naualibus, & aliàs in succursum & subsidium Christianorum partium prædictarum, contra infideles eosdem in personis propriis & expensis, siue per terram siue per mare, infra proximos octo annos profecti fuerint, ac per vnum annum continuum, vel interpolatim, in dicti prosecutione negotij fuerint commorati; nec non & illis, qui in prosecutione dicti negotij decesserint, vel in prosecutione huiusmodi vulnerati fuerint, etiamsi alibi vbicumque ex talibus vulneribus decedere eos contingat, illam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, quæ conceditur transfretantibus in subsidium Terræ-sanctæ, & in retributione iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed suis dumtaxat expensis, iuxta qualitatem & facultatem suam, bellatores idoneos destinabunt, per tempus vnius anni in huiusmodi prosecutione negotij moraturos; & illis similiter, qui licet cum alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint, per dictum tempus vnius anni morabuntur, eamdem concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis & indulgentiæ volumus & concedimus esse participes, iuxta quantitatem subsidij & deuotionis affectum omnes, qui ad subuentionem dicti negotij de bonis suis congruè ministrabunt, aut circa præfata auxilium vel consilium impenderint opportuna. Insuper volentes, vt huiusmodi pium negotium maioribus

concedit varias indulgentias ituris ad exercitum,

aut suis facultatibus collatis adiuuantibus,

ioribus subsidiis adiuuetur, etiam illis, qui tantum de bonis propriis pro dicto negotio erogauerint, quantum essent illuc eundo, & inibi per vnum annum continuum morando, & redeundo etiam expensuri similiter, verè pœnitentibus & confessis eamdem suorum peccaminum veniam indulgemus. Datum vt suprà.

a *Explicantur hi Archiepiscopatus bullâ præcedenti, vbi pro Nicosiensi ipsum regnum Cypri indicatur*

b *Hic aliquot lineæ omittuntur, eisdem verbis in præcedenti relatæ, vnde hic inseri possunt.*

c Venusia *vrbs olim Apuliæ Peucetiæ, nunc Basilicatæ, caput Principatus, propè Vulturnum montem.*

d *De rebus hoc tempore gestis apud hos Hospitales, qui tunc Rhodi degebant, legendi Iacobus Bosius part. 1 lib. 5. & Auctor Gallicus eiusdem historiæ à Boudoino & Naberato auctæ.*

BVLLA XVIII

Ad Archiepiscopum Cretensem, vt cedat B. Petro legationem & regimen ciuitatis Smyrnarum.

Innocentius Episcopus. . . Venerabili Fratri Vrso Archiepiscopo Cretensi.

NVper non sine magnâ cordis amaritudine intellecto, quòd Turci & nonnulli alij infideles atque schismatici illarum partium, ciuitatem Smyrnarum, & prouincias Romaniæ, aliasque terras & loca

Indicat Pōtifex à se mitti S. Petrum

ea fidelium partium earumdem, necnon Patriarchatum Constantinopolitanum eiusque prouincias; in quibus Christianæ religionis nomen viget, vt illa suæ sæuæ potestati subiiciant, feruentiùs solito per mare & terram inuadere, & assiduis incursibus ad depressionem Christiani nominis & Catholicæ fidei totis viribus moliuntur; Nos inter cetera, quæ ad huiusmodi eorum conatus nefarios reprimendos, & prosperum fidelium statum vtiliter promouendum, in præsentiarum agenda conspeximus, Venerabilem Fratrem nostrum PETRVM Episcopum Coronensem, virum vtique in lege Domini, ipsâque fide Catholicâ admodùm eruditum, magnâque circumspectione præditum, scientiâ clarum, opere & sermone potentem, & in magnis & arduis, & præsertim in illis partibus, comprobatum, in Apostolicæ Sedis Legatum ad partes ipsas, commisso sibi in eis plenæ legationis officio, & dilectum filium Nicolaum Benedicti Præceptorem domus Venusinæ Hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, virum etiam religionis & fidei zelo conspicuum, in spiritualibus & temporalibus circumspectum, aliisque virtutibus, sicut testimoniis fide dignis accepimus, multipliciter insignitum, prædictæ ciuitatis Smyrnarum Vicarium & Capitaneum, de fratrum nostrorum consilio, duximus destinandos. Idemque Capitaneus sicut apud Sedem præfatam idoneè cauit, ciuitatem præfatam non solùm fideliter custodire, & ad ipsius custodiam centum quinquaginta bonos & sufficientes stipendiarios Latinos tenere, sed etiam infrà septennium proximè futurum muris cingere, turribusque munire, ac duas galeas benè armatas ad custodiam ciuitatis & partium earumdem, sub nostro & Romanæ Ecclesiæ nomine & vexillo, quarum etiam eumdem Nicolaum Capitaneum fecimus, per octo annos proximos etiam tenere debebit: quorum occasione nonnulla pecuniaria,

& Nicolaum Benedicti

Smyrnas,

ab hoc custodiendas ac muniendas:

cuniaria, & alia subsidia eidem Nicolao eroganda prouidimus & etiam ordinanda: & nihilominus pro feliciori negotiorum ipsorum executione, verbum Crucis ad hoc decreuimus proponendum.

Quocircà Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus commissa tibi dudum per nos legationis dictæque ciuitatis Vicariatus & Capitaneatus officia, de quorum felici diligentique prosecutione, sicut à fide dignis accepimus, potes & debes meritò commendari, vt huiusmodi per nouiter ordinata felicem, Deo auctore, sortiantur effectum, liberè ac sponte dimittens, præfatam custodiam ciuitatis eiusdem, cum omnibus *a* guarnimentis & rebus ad custodiam, Vicariatum & Capitaneatum prædictos spectantibus, dicto Nicolao tradas liberaliter & assignes. Et nihilominus de gestis & administratis per te in dicto Vicariatu & Capitaneatu prędictis, ac habitis & expensis fidelem tui, & prout præfatus Episcopus Legatus ordinandum duxerit, studeas reddere rationem, & residua, si qua fuerint, præfato Nicolao Capitaneo in præfatorum negotiorum subsidium assignare: ipsique Legato deinceps, ob dictæ Sedis & nostram reuerentiam, iuxta tenorem aliarum nostrarum litterarum, quas super legatione suâ & aliis sibi commissis, tibi, & aliis Prælatis illarum partium scripsimus, fideliter pareas & intendas: dictumque etiam Nicolaum circa præmissa opportunis fauoribus & auxiliis prosequaris, ita quòd inde apud nos tua possit deuotio meritò commendari. Datum vt suprà.

cuius cura eas tradi mandat Archiepiscopo.

a *Lindebrogius in Glossario ob Constitutiones Siculas accipit pro ornamento: potiùs hic sumitur pro commeatu, apparatu & instructu. Ita Italicè dicitur* guarnirę *&* guarnimento.

Guarnimentum.

BVLLA

BVLLA XIX

Instituitur S. Petrus generalis Inquisitor.

Innocentius Episcopus ... Venerabili Fratri PETRO Episcopo Coronensi, Apostolicæ Sedis Legato.

CVm te ad Constantinopolitanæ ac Romaniæ & nonnullas alias prouincias atque partes, in literis tuæ legationis expressas, pro quibusdam arduis Catholicæ fidei & Ecclesiæ Romanæ negotiis destinemus; Nos cupientes, vt Catholica fides in eisdem partibus ex studiis tuis, auctore Domino, dilatetur extirpatis erroribus hæreticæ prauitatis, Fraternitati tuæ inquirendi & procedendi, durante legatione huiusmodi, contra quoscumque hæreticos atque schismaticos, & de hæretica seu schismatica prauitate suspectos, aut etiam diffamatos, seu qualitercumque in ipsa culpabiles, ipsorumque adiutores, fautores, & receptatores eosdem, & ipsos & ipsorum quemlibet puniendi iuxta canonicas sanctiones & ciuiles, & specialiter secundum a constitutiones, a quondam Frederico olim Romanorum Imperatore editas, contra hæreticos, fautores & receptatores eosdem, dum adhuc in Sedis Apostolicæ gratia Fredericus b persisteret, nec non & iuxta formam priuilegiorum Sedis Apostolicæ concessorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & inuocandi ad hoc, cum opus fuerit, auxilij brachij secularis. Contradictores insuper & rebelles, ac impedientes quoslibet, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant,

per

per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposità, compescendi. *c* Non obstantibus, si eis aut alicui, vel aliquibus eorumdem, communiter vel diuisim, à dictâ sit Sede indultum, vel contingeret indulgeri, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, ac personarum & locorum nominibus mentionem, plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Per hoc autem locorum Ordinariis vel Inquisitoribus prauitatis eiusdem, non intendimus derogare, quin ipsi & eorum quilibet contra hæreticos credentes, adiutores, fautores, vel receptatores eorum inquirere & procedere valeant, prout viderint expedire. Datum vt suprà.

a *Extant* Frederici 2 *Constitutiones post aliorum Imperatorum Nouellas, Iuri ciuili insertæ, ab eo editæ eodem die, quo erat ab Honorio* III *Papâ in Imperatorem coronatus* 22 *Nouemb. anno* 1220.

b *Fuit* Fredericus *ab Honorio, dein Gregorio* IX. *&* *Innocentio anathemate perculsus, eiq; in Lugdunensi Concilio anno* 1245 *Imperium abrogatum.*

c *Quàm constanter* S. Petrus *hoc sibi impositum munus executus fuerit, ex cap.* 7 *Vitæ constat.*

BVLLA

BVLLA XX

S. Petrus fit Legatus expeditionis contra Turcas.

a Vrbanus Epiſcopus... Venerabili Fratri Petro Patriarchæ Conſtantinopolitano, Apoſtolicæ Sedis Legato.

Cùm Pontifex vbiq; nequeat adeſſe,

AD hoc ſumus in eminentis Sedis Apoſtolicæ ſpeculâ, diſponente Domino, conſtituti, vt domui Iſraël, vniuerſis videlicet Chriſtianis, qui fidei oculo Deum vident, ſpeculatorum officium impendamus: ſed quia humanâ repugnante naturâ non poſſumus ſingula nobis conuenientia efficere per nos ipſos; ad inſtar illius, qui cùm ſit totus vbique, ſpiritus, tamen Angelos ſuos facit miniſtros, & pro ſuo beneplacito cuncta diſponens, in vniuerſum mundum diſcipulos, quos elegerat, deſtinauit: cum Fratribus noſtris onera noſtra diuidimus: vt illos, quibus non valemus corporaliter præſentiam exhibere, imperfectum naturæ poteſtate ſupplente, per eoſdem Fratres, quaſi per quoſdam noſtros oculos viſitemus: ſicque tales in partem ſolicitudinis euocemus, qui aſpera conuertant in plana, & rectas faciant ſemitas Dei noſtri, populumque acceptabilem ei reddant. Dudum ſiquidem attendentes, quòd peccatis exigentibus, Terram-ſanctam Agarenorum gens perfida, Saluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, & ſuæ orthodoxæ fidei inimica, à longis retrò temporibus, non abſque damnosâ negligentiâ Chriſtiani

ni populi, occupauerat & detinuerat, prout detinet occupatam, eam polluendo abominandorum patratione scelerum, ac pro ancillâ tenendo, quæ Domina gentium debet esse; quodque ex oppressione Turcarum crudelium multas calamitates patiebatur, prout patitur Christianus populus Orientis: carissimo in Christo Filio nostro Petro, Rege Cypri Illustri, cuius regnum est in ipsorum infidelium finibus constitutum, de statu dictorum infidelium (quem ipse Rex ex impiorum mortalitatibus & discordiis debilitatum, & prostrationi dispositum asseruit, præsertim ex captione ciuitatis Sataliæ, ac nonnullorum castrorum & locorum, quæ idem Rex suis prouidentiis, personalibusque laboribus, & expensis de manibus infidelium prædictorum eripuerat, ex quo infideles ipsos multus, vt asseritur, timor inuaserat) plenariè informato; nobis ac Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, ac nonnullis Catholicis Principibus & Magnatibus, aliisque fidelibus populis, vias & modos, per quos tunc temporis poterat, prout potest faciliter eorumdem Agarenorum & Turcarum elidi potentia, ac fieri recuperatio dictæ Terræ, ostendente; prudenter oraculo viuæ vocis, de dictorum Fratrum consilio, ad eamdem Terram-sanctam & alias partes infidelium Orientis passagium generale, auctoritate Apostolicâ indiximus: ac bonæ memoriæ Talayrandum Episcopum Albanensem ad partes illas, commisso sibi plenæ legationis officio, prouidimus destinandum: & tam claræ memoriæ Ioanni Regi Franciæ, Capitaneo Rectori ipsius passagij per nos constituto, quàm præfato Regi Cypri, ac aliis multis nobilibus, qui cum eorum potestate pro recuperatione Terræ-sanctæ prædictæ promiserunt personaliter transfretare, ac receperunt de manibus nostris venerabile signum Crucis, ac etiam ceteris Cruce signatis & signandis Kalendis Martij anni Natiuitatis

& ex relatione Regis Cypri Turcica potestas infringi possit,

pro eâ expeditione constituit Legatum Talayrandum,

& Capitaneum Regē Franciæ,

Natiuitatis Domini MCCCLXV proximè secuturi, pro termino ad transfretandum in dicto passagio duximus assignandos.

quibus mortuis, vt Regi Cypri adsit, Cùm autem idem Rex Franciæ & Episcopus, sicut Domino placuit, sint viam vniuersæ carnis ingressi, & dictus Rex Cypri ad succurrendum eisdem fidelibus, & conatus eorumdem infidelium reprimendum, velut athleta Christi & præcursor intrepidus, proponat in breui cum auxiliis vltramarinorum fidelium transfretare; nunc attendentes, quòd vrgens & euidens prædictarum vltramarinarum partium, quas fideles inhabitant, necessitas exigit, ad eas à nobis destinari Legatum, qui vice nostrâ dirigat & disponat negotium passagij prælibati; ad te, *creat S. Petrum Legatum* virum vtique secundùm cor nostrum honestate conspicuum, religione probatum, ac præclarum scientiâ, humilitate sublimem, mansuetudine generosum, multâ prouidentiâ circumspectum; & in lege Domini ipsâque fide Catholicâ admodùm eruditum, qui alias commissum tibi in partibus illis legationis officium laudabiliter exercuisti, nostræ considerationis intuitum dirigentes; deliberatione super hoc cum Fratribus nostris præhabitâ diligenti, tibi in Patriarchatu Constantinopolitano ac regno Cypri, & in Cretensi, Smyrnensi, Patracensi, Atheniensi, Thebano, Corinthiensi, Colossensi dicto Rhodo, ac Nixiensi, Corphiensi, Duracensi, Neopacensi, & Neopariensi, Archiepiscopatibus, & eorum dicti Patriarchatus prouinciis, & aliis vltramarinis partibus, ad quas per nos est indictum passagium supradictum, pro subsidio eiusdem Regis Cypri & aliorum transfretantium ad Christi fidelium partes, eiusdem plenæ legationis officium, auctoritate Apostolicâ, de dictorum Fratrum consilio committimus per præsentes: vt ibidem auctore Domino, rectè regens & dirigens, indirecta & aspera conuertens

latè per ditiones Orientales,

uertens in plana, ſicut diligens cultor euellas & deſtruas, diſſipes & diſperdas, ædifices atque plantes, quæ pro negotio huiuſmodi, ac tranfretantium, nec non Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum prædictarum reformatione ac ſtatu indigere noſcuntur: aliaque ad Legati officium pertinentia efficias, ſicut tibi Dominus miniſtrabit.

Nos enim, vt ipſius legationis officium eò vtilius exequi valeas, quò maiori fueris auctoritate munitus; præſentium tibi auctoritate concedimus, vt in Patriarchatu ac regno, Archiepiſcopatibus, prouinciis & terris ſupradictis, ſuper huiuſmodi ac vniuerſis & ſingulis aliis negotiis, de quibus expedire videris, agere, diſponere, ſtatuere, ordinare, ac præcipere, & inter Imperatores & Reges & Principes, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares, in iiſdem partibus conſiſtentes, ad vtilitatem, commodum, & effectum negotiorum ipſorum, ligas & confœderationes, ſocietates ſeu vniones ſtatuere, ordinare, firmare & facere, & per te, vel alium, ſeu alios, quacumque auctoritate functos, initas, tractatas, ſeu firmatas approbare & executioni mandare, ac mandari facere, & inter diſſidentes & diſcordes pacem & concordiam reformare, treguas ſeu inducias inire & firmare, ac reformatas, initas, & firmatas obſeruare facere, nec non contradictores & rebelles, cuiuſcumque dignitatis & ſtatus vel conditionis exiſtant, etiamſi Epiſcopali vel maiori aut Regali vel Imperiali præfulgeant dignitate, auctoritate noſtrâ per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compellere valeas; Fraternitati tuæ plenam & liberam tenore præſentium concedimus poteſtatem. Non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quibuſuis perſonis, locis aut Ordinibus ab Apoſtolicâ Sede conceſſis: per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non

cum ampliſſimâ iuriſdictione.

inserta, huiusmodi tuæ legationis & potestatis officium possit quomodolibet impediri, seu etiam retardari: seu si aliquibus, communiter vel diuisim, à dictâ sit Sede indultum, quòd excommunicari, suspendi, aut ipsi vel eorum ciuitates, castra, villæ, terræ, & loca interdici non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Quocirca Fraternitatem tuam rogamus & hortamur attentè, per Apostolica nostra scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum iniungentes, quatenùs de diuinâ gratiâ & Apostolico fauore confisus, onus tam salubris negotij, deuotâ mente & animo suscipias reuerenti, & te in executione legationis huiusmodi talem verbo & in opere reddas, quòd ad Redemptoris nostri laudem salutemque fidelium eorumdem præfata negotia felicem Deo propitio, & te promouente, consequantur effectum. Datum Auinione sexto Idus Iulii, anno *b* secundo.

a Vrbani v *variæ Bullæ hactenùs desiderantur, vt de creato* S. Petro *Archiepiscopo Cretensi & Patriarchâ Constantinopolitano, de rebus ad pacem Bononiensem & Cretensem conficiendam spectantibus.*

b *Is est Christi* 1364.

BVLLA XXI

Indicat Regi Cypri creatum à se Legatum B. Petrum.

Vrbanus Episcopus ... Carissimo in Christo Filio Petro Regi Cypri Illustri salutem, &c.

SIcut ad Serenitatem Regiam iam peruenisse putamus; dudum nos considerantes zelum fidei, scientiæ

tiæ donum, & circumſpectionis induſtriam, aliaque multiplicia virtutum merita Venerabilis Fratris noſtri PETRI Patriarchæ Conſtantinopolitani, Apoſtolicæ Sedis Legati, olim in vltramarinis partibus laudabiliter comprobata; eum de negotiis & ſtatu earumdem partium, in quibus dictæ Sedis Legatus extitit, plenariè informatum, & prout per experientiam nouimus, tuæ ſublimitati acceptum, ad partes ipſas in fauorem & fulcimentum generalis paſſagii prouidimus remittere, dudum commiſſo ſibi de nouo legationis officio in eiſdem, prout in litteris noſtris inde confectis, plenius continetur. Quocirca Celſitudinem tuam, licet expedire non credamus, rogamus, & hortamur attentè, quatenus eumdem Legatum pro noſtrâ, & Apoſtolicæ Sedis reuerentiâ, Regiis fauoribus & honoribus proſequaris. Datum Auinione ii Kal. Iulii, anno ſecundo. *Quarto creatus S. Petrus Legatus.*

BVLLA XXII.

Mittitur S. Petrus pacificator ad Genuenſes.

Vrbanus Epiſcopus... Venerabili Fratri Petro Patriarchæ Conſtantinopolitano, Apoſtolicæ Sedis Legato, &c.

De ſuſcitatâ dudum diſcordiâ inter quoſdam ciues Ianuenſes, & incolas regni Cypri, valdè dolentes, prout dolemus ab intimis, ne ad actum bellicoſum procederetur, ſicut nouit tua Fraternitas, apud dilectos filios nobilem virum Ducem & Commune

mune ciuitatis Ianuensis per litteras & Nuntios interposuimus efficaciter partes nostras; ipsosque Ducem & Cōmune à motione nouitatis cuiuslibet hucusque fecimus abstinere: sperauimusque, quòd carissimus in Christo filius noster Petrus, Rex Cypri Illustris, ad Italiæ partes regrediens, se cum eisdem Duce ac Communi amicabiliter concordaret, & ad hoc, vt audiuimus, dilecti filii nobiles viri, Dux & Commune Venetiarum, sicut viri pacifici, interposuerunt fideliter partes suas. Sed, vt habet fide digna relatio, iidem Dux & Commune Ianuensium ad hoc induci minimè potuerunt: propter quod nos damnis futuri dissidii opportunis obuiare remediis cupientes, de tuis prudentiâ & fide ac zelo pacis in hac parte potissimè gerentes in Domino fiduciam pleniorem, Fraternitatem tuam hortamur attentè, mandantes quatenùs ad ciuitatem Ianuensem te transferas sine morâ, & pro dictâ concordiâ ex parte nostrâ labores solicitè secundùm prudentiam à Domino tibi datam. Nos autem per alias nostras patentes litteras opportunam in hac parte tibi tribuimus facultatem & tenores harum, quas dictis Regi & Duci ac Communi Ianuensium dirigimus, inclusas præsentibus destinamus. Quòd si eosdem discordantes, quod absit, concordare non posses; indictis treguis longi temporis, inter eos inuiolabiliter sub pœnis congruis obseruandis, ipsos moneas & inducas, ac Ecclesiasticâ censurâ compellas, ad mittendum infra terminum compotentem ad nostram præsentiam Ambassiatores, & procuratores idoneos cum plenis mandatis super negotio prælibato, quod cum auxilio Dei speramus, prout cupimus, feliciter terminare. Datum Auinione x Kal. Martii a anno tertio.

Vt ingruens bellum impediatur.

Genuam mittitur

cum plenâ instructione.

a *Is est annus Christi* 1365.

BVLLA XXIII

Genuenses hortatur ad pacem ineundam cum Rege Cypri interueniente B. Petro.

Vrbanus Episcopus... Dilectis Filiis nobili viro Gabrieli Adurno Duci ac Consilio & Communi ciuitatis Ianuensis.

IN æstate nuper elapsâ dum carissimus in Christo filius noster, Petrus Rex Cypri Illustris, Saluatori nostro & eius sacratissimæ fidei velut apis argumentosa deseruiens, pro promotione subsidii passagii generalis, de nostro beneplacito & mandato, certa regna fidelium, & tunc præsertim partes Alemanniæ peragraret; ad aures nostras amara nimis relatio perducta, quòd, operante satore zizaniæ, inter quosdam ciues vestros in regno Cypri degentes; & incolas eiusdem regni, grauis tumultuosaque fuerit discordia suscitata: ex qua vos multâ indignatione commoti, pro ciuibus eisdem, vt in eodem Regno non morarentur vlteriùs, dicebamini destinare: quodque propterea timebatur probabiliter, ne non solùm à communione mutuâ cessaretur in posterum, sed inter vos & eosdem incolas periculosa nouitas oriretur. Nos discretionem vestram attentè rogauimus, ac paternè fecimus exhortari, vt considerantes matùre, quòd idem Rex tempore dictæ discordiæ erat in cismarinis partibus, & quòd, tamquàm Princeps prudens & iustus vesterque amicus, de iniuriis & damnis

Excusat factum Cypriorum in absentiâ Regis, damnum compensaturi.

damnis ciuibus illatis, eisdem, prout verisimilis credulitas suggerebat, satisfactionem fieri facere, ac debitam iustitiam ministraret; & quòd vos, sicuti deuoti Christiani & pugiles Christi, prosperitatem dicti passagij, pro quo vos magnificè obtulistis, optare meritò debebatis; quodque per discordiam huiusmodi, si procederet, totaliter impediretur Passagium memoratum; pro Dei ac sacræ fidei, ac Apostolicæ Sedis, & nostrâ reuerentiâ ab omni nouitate; propter præmissa vel similia facienda, abstineretis omnino, promissum per vos pro dicto passagio exhibere subsidium non cessantes. Nosque pro satisfactione huiusmodi, vobis siue eisdem ciuibus facienda, tam apud dictum Regem, cui tunc scripsimus, quàm aliàs, prout opportunum foret, obtulimus, paternis affectibus, & prout in nobis foret, efficacibus effectibus interponere partes nostras: deinde decretum illud, quod nostro versabatur in corde, opportunis & feruentibus studiis prosequentes, ne caussa ista vulnus nouitatis reciperet, cui non posset de facili sanatiuum remedium adhiberi, ac sperantes, quòd in reditu dicti Regis ad partes Italiæ, vbi vicinitatis interueniret commoditas, inter vos & ipsum reformaretur sperata concordia, satis citò vos, tam per litteras, quam per fideles personas solicitare curauimus, quod præmissorum occasione nullam faceretis noxiam nouitatem, obtulimusque nos paratos vobis, seu vestris ciuibus facere congruè satisfieri de damnis & iniuriis prælibatis, vt vbi hoc per dictum Regem, seu subditos suos non fieret, promisimus per nos ipsos taliter hoc efficere, quòd possetis meritò contentari, Vosque vt deuoti filij nostris huiusmodi exhortationibus hucusque acquiescere curauistis. Postmodum verò præfato Rege reuerso ad dictas partes Italiæ gratâ auditione percepimus, quòd dilectus filius Laurentius Celsi Dux Venetiarum,

à bello inferendo abstineret.

rum, vbi præfatus Rex asseritur præsentialiter permanere, pro tractandâ inter vos & præfatum Regem concordiâ, solennes ad vos Ambassiatores destinare curauit, de quo considerato, quòd propter locorum vicinitatem negotium dictæ concordiæ commodius in partibus illis quàm apud Apostolicam Sedem tractari & perfici poterat, fuimus valde læti: sed nouissimè cum displicentiâ multâ percepimus, quòd iidem Ambassiatores Venetias vacui redierunt, vobis dispositis ad guerram eidem Regi & suis Regnicolis inferendam. Nos igitur ex his tamquàm ex impedimento & subuersione manifestis dicti passagij meritò suspirantes ab intimis, & ad obuiandum tanto malo, quo maius existimare nescimus, valituris remediis cogitantes, venerabilem fratrem nostrum Petrum Patriarcham Constantinopolitanum, Apostolicæ Sedis Legatum, virum vtique circumspectum, scientiâ præditum, zelatorem pacis & de vltramarinis negotiis informatum, in partibus Italiæ nunc degentem, quem notum vestrum & beneuolum reputamus, ad vestram præsentiam pro informatione huiusmodi prouidimus accessurum, sibique per Apostolica scripta præcipiendo, mandamus quatenus propter hoc ad vos veniat incunctanter. Quare circumspectam deuotionem vestram paternæ caritatis affectu monemus, hortamur, & obsecramus in Domino, quatenus prouidè considerantes, quot & quanta mala non solùm vobis ac ipsi Regi & regnicolis, qui omnes estis impugnatores hostium Christi, & magnifici pugiles ac defensores fidei prælibatæ, sed toti Christianitati proculdubio resultarent; quantaque infamiæ macula apud omnes fideles poneretur in vestri nominis claritate, ac quantam offensam inferretis ex hoc Saluatori nostro, ac nonnullis Principibus & Magnatibus in tam pio negotio dicti passagii adiuuantibus dictum Regem; & quòd, si forsan

si forsan impediretis Crucis negotium, ille suscitaret vobis alia bella & hostes, qui est Dominus vltionum; animos vestros ad rationabilem habilitare concordiam studeatis, eiusdem Patriarchæ suasionibus & monitis, quæ vobis pro parte nostrâ fecerit, acquiescentes fideliter & deuotè. Nos enim sibi super huiusmodi pace firmandâ, vel saltem treguis longi temporis indicendis, plenam concedimus per alias nostras litteras facultatem. Quòd si per interpositionem dicti Patriarchæ & aliorum non possetis ad concordiam huiusmodi deuenire, quod Auctor pacis auertat; cùm nos parati simus in præmisso negotio personaliter laborare, vos requirimus & rogamus instantius: vt Ambassiatores vestros cum pleno mandato super his ad nostram velitis præsentiam destinare, qui, vt speramus in Deo, felicis pacis commoda reportabunt. Nos enim super his præfato Regi opportuna scripta nostra dirigimus per præsentium portitorem. Datum vt supra, &c.

Hortatur vt dictis B. Petri Legati acquiescant.

BVLLA XXIV

Admonet Regem Cypri, vt à se amoueat pacis ineundæ impedimenta.

Vrbanus Episcopus ... Petro Regi Cypri Illustri.

Diebus nuper elapsis super discordiâ tuâ, & dilectorum Filiorum Ducis & communis ciuitatis Ianuensis, tam venerabili nostro PETRO, Patriarchæ Constantinopolitano, Apostolicæ Sedis Legato, quam eisdem Duci & Communi scripta nostra direximus, prout tunc tuæ Serenitati per Apostolicas lit-

teras duximus intimandum. Poſtmodùm verò pro tuâ parte nobis notificato, eò quòd de dilectis filiis Magiſtro & Conuentu Hoſpitalis ſancti Ioannis Ieroſolymitani debebas meritò formidare; nos omnibus, quæ poſſent huiuſmodi fouere diſcordiam, ac impedire faciendam inter te eoſdemque Ducem & Commune concordiam, opportunâ prouidentiâ obuiare cupientes, dictis Magiſtro & Conuentui ſcribimus in formâ æquitati conſonâ, quam Regiæ magnitudini mittimus præſentibus interclufam. Igitur ſi alia noueris, quæ dictæ diſcordiæ præſtare valeant nutrimentum, nobis notificare non differas; quia contra eà poſſibilia nobis remedia curabimus adhibere. Datum Auinione, IV Nonas Martij: anno tertio.

BVLLA XXV

Hortatur B. Petrum acceleret pacis fœdera.

Vrbanus Epiſcopus ... Venerabili Fratri Petro Patriarchæ Conſtantinopolitano, Apoſtolicæ Sedis Legato.

DIſplicenter nuper audiuimus, quòd tua Fraternitas non perfecto pacis negotio, inter cariſſimum in Christo filium noſtrum Petrum Regem Cypri Illuſtrem, ac dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adurnum Ducem ac Commune ciuitatis Ianuenſis reformandæ, de ipsâ ciuitate receſſit, ad dictum Regem, qui dicitur eſſe Venetiis, profectura. Videmus namque quòd non abſque periculo & damno

mno negotiorum vltramarinorum, nimis differtur perfectio dictæ pacis, sed ex eo non desperamus de dictæ pacis fine felici, quòd ad eosdem Ducem & Commune te percepimus de proximo reuersurum; propter quod ipsis Duci & Communi nuper scribimus litteras introclusi tenoris, quas per te ipsum volumus præsentari. Igitur ne tantum bonum longo tempore prolongetur, & idem Rex & nobiles transfretaturi cum eo in citramarinis partibus detineantur diutius, consummationem tractatus eiusdem pacis secundùm prudentiam tibi datam à Domino quantò solertius poteris, prosequaris, nobis quid inde feceris, rescripturus. Datum, &c.

B V L L A XXVI

Idipsum denuo cummendat.

Vrbanus Episcopus..., eidem Patriarchæ.

HIs diebus super negotio pacis faciendæ inter carissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Cypri Illustrem, & dilectos filios, nobilem virum Gabrielem Adurnum Ducem & Commune ciuitatis Ianuensis tibi postquam nuper de dictâ ciuitate Ianuensi recessisti, scripsimus, hasque nostras
a Venerabili Fratri nostro a Guidoni Archiepiscopo Ianuensi mandauimus assignari, vt eas, cùm ad eamdem
b dem ciuitatem b redires, tuæ Fraternitati faceret assignari. Hodie verò eisdem Regi & Duci ac Communi ex nouâ causâ per ipsos Ducem & Commune motâ, rescribimus secundùm tenores scedularum præsentibus interclusarum. Quare si, quod absit, huius-

cum modi

modi, pax seu concordia per te in partibus illis non valeat expediri, volumus, & tuæ fraternitati mandamus, quòd tam nuncios & Procuratores eiusdem Regis, quàm dictorum Ducis & Communis cum plenis ad hoc mandatis procures ad nos celeriter accessuros, tuque cum eis venias, si commodè possis, & videas expedire: alioquin nobis notifices quidquid in dicto negotio per nos tua circumspectio nouerit faciendum. Datum Auinione VII Kal. Aprilis anno tertio.

a *Deest in Catalogo Archiepiscoporum apud Vgolinum, reponendus inter Ioannem de Geuâ & Ioannem de Flusco.*

b *VVaddingus num. 32 Vitæ addit* S. Petrum magnis itineribus contendisse Auinionem, & confestim Genuam rediuisse. *quod nobis ob tot litteras scriptas minùs videtur verosimile.*

BVLLA XXVII

Rogat Regem Cypri vt quamprimùm velit transfretare.

Vrbanus Episcopus ... Petro Regi Cypri.

PEr litteras Venerabilis Fratris nostri PETRI Patriarchæ Constantinopolitani, Apostolicæ Sedis Legati, nuper non absque multâ nostri cordis exultatione percepimus, inter Sublimitatem tuam, ac dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adurnum Ducem, & Commune ciuitatis Iannuensis fore concordiam reformatam, magnamque multitudinem nobilium,

nobilium, & aliarum armigerarum gentium tecum transfretaturarum contra hostes fidei ad te de Alamanniæ aliisque partibus aduenisse nouissimè, ac iugiter aduenire: propter quod si veritas suffragetur relatis, spem iam deficientem resumimus de vltramarinis negotiis feliciter processuris. Et quia instat tempus tui, & gentium prædictarum recessus, Domino fauente, felicis; hortamur te, quòd vlteriùs non differas, ne gentes ipsæ nimiâ expectatione grauentur, &, quod absit, à transfretandi proposito resipiscant, dictisque negotiis ex dilatione proueniat detrimentum. Nos siquidem speramus in Domino, qui gratiâ suâ desideria deuota prosequitur, quòd iter & actus tuæ Celsitudinis, & dictarum gentium prosperabit, nosque prout honestè poterimus tibi fauoribus Apostolicis assistemus. Datum Auinione, sexto Kal. Maij, anno tertio.



INDEX §§. CAPITVM ET BVLLARVM.

Commentarius præuius.

Vita auctore Philippo Mazzerio.

21 Mira-

Analecta ex variis auctoribus.

Litteræ Apostolicæ Innocentij VI. & Vrbani V.

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

A

B.

C.

Callistus

F. Fides

F.

ci

CVLTVS

Vita

F I N I S.

FACVL-

FACVLTAS.

R. P. PROVINCIALIS FLANDRO-BELGICÆ.

SOCIETATIS IESV.

EGo infrascriptus Societatis Iesv Præpositus Prouincialis in Prouincia Flandro-Belgicâ potestate ad hoc mihi factâ ab Admodùm R. P. Nostro Goswino Nickel Præposito Generali, eiusdem Societatis concedo Iacobo Meursio Typographo Antuerpiensi facultatem recudendi Vitam Sancti Petri Thomasij ex ordine FF. Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo &c. illustratam à P. Godefrido Henschenio Societatis nostræ Sacerdote, & à deputatis eiusdem Societatis Theologis examinatam & approbatam. In quorum fidem hisce manu propriâ subscripsi easque solito officij mei sigillo muniri curaui. Antuerpiæ 9. Aprilis 1659.

Ioannes Rentergheem.

APPROBATIO CENSORIS.

HÆc Acta S. Petri Thomasij verè Apostolica, & secundâ operâ atque industriâ à R. P. Godefrido Henschenio Societatis IESV illustrata, ad maiorem gloriam tam Sancti præfati, quàm Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Monte Carmelo recudi poterunt. Datum Antuerpiæ XXVIII. Aprilis MDCLIX.

C. VOOCHTS *Canonicus & Archidiaconus Antuerpiensis, Lib. Censor.*

PRIVILEGIVM REGIVM.

VIta S. Petri Thomasij secundis curis illustrata recudi poterit. Bruxellis VI. Maij MDCLIX.

P. STOCKMANS.